



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Clavsvlarvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

- ptimo, voluit ibidem Grauat. sed sufficere quod in actis dicatur edictum fuisse affixum Socin. sen. in capitul. accedens numero 33. de purgat. canonic. quam sequitur Fuscus de visitat. librorum capit. quinto, numero primo, & in relatione nominet testes, coram quibus citauit Rebuff. ad constitut. Gallia tomo tertio, tit. de cit. art. 2. gloss. 4. numero quinto, & sexto.
- 10 Declara octauo locum non tutum allegari posse per citatum ob bellorum fortē, & inimicitiarum impedimenta, vt scripsit Maranta in dict. tit. de citat. num. 66. Gayl. lib. primo, obseruation. 57. num. secundus, sed hoc mihi speciale non videtur in citatione per edictum cum locum habeat, & in alijs Rebuff. ad constitut. Gallia tomo tertio, tit. de citat. num. 67. & in concord. Francia tit. de constitut. in verb. edictum in princip.
- 11 Declara 9. citationem per edictum fieri quando facta est nominatio ad beneficium, siue ius patronatus Ecclesiasticum antequam electus confirmetur argument. cap. final. de elect. in 6. voluit Roch. de Curte de iure patron. in verbo honorificum, quæst. 38. proponitur enim edictum vt subijciatur examini, vt eligatur magis idoneus, de quibus habetur in Concilio Tridentino sessio. 24. cap. 18. incip. expediri de reform. super quo scripsit Nauarr. in summ. confess. cap. vigesimo quinto, num. 139. Ioann. Bapt. Antonus in Carthechil. Neapolitano fol. 43. Cotta in decisio. nouissim. Roman. 48. & Seraphin. Oliuar. in decisio. 481. num. septimo, volum. 4. Francisc. Viui. in decis. 309. Ripa obseruat. 373. & post eum Ioann. Baptista Costa de remed. subsidiar. remed. decimo tertio, num. 13.
- 12 Declara decimo citationem per edictum necessariam fore in inuentario faciendo cum accipitur hereditas cum beneficio legis, & inuentarii iuxta legem final. C. de iur. deliberat. quia et si eo casu creditores certi sint citandi tamen incerti, & incogniti sunt citandi per edictum, licet aliqui velint esse citandos per proclama. inter quos est Maranta in d. tit. de cit. num. 69. quia tamen affixione illius opus est, ideo necesse est per edictum esse debere, vt est de mente Alex. & Ripa in l. rem. quæ nobis, num. 45. ff. de acquiren. posses. Corn. in d. l. fin. Castador. decis. 1. tit. de appell. Duran. de arte testandi tit. 9. cautela 8. vers. 6. vide tamen Guid. Pap. in tractat. de inuent. num. 50. Porcellin. in tract. de inuent. §. quartum, num. 7. Roland. a Valle in consil. 53. num. 23. volum. 2. Phanucium de Phanuc. in tract. de inuent. parte 3. num. 20. Didac. Spino. in Specul. test. gloss. 35. num. 21. Surd. decis. Mantuan. 8. num. 8. Port. commun. opin. lib. 1. conclus. 45. vers. Septuagesimo nono. Gabriel. in tit. de cit. conclus. 1. num. 264. Cardin. Put. decis. 267. num. 4. lib. 3.
- 13 Declara vndecimo, solet expediri citatio per edictum per iudicem secularem in causa possessorij beneficij per viam defensionis extraiudicialis in spoliatione Laici, vel Clerici, & ultra quod habemus iura Regni hoc disponentia, vt in cap. Regni, primo incip. ad regale fastigium, secundo omnis prædatio, tertio finis præcepti charitas, quarto charitatis affectus. Afflic. decis. 2. & 24. quod non solum seruatur in hoc Regno, vt per Grammat. decis. 78. sed in Gallia, Hispania, Lusitania, Venetijs, Sabaudia, Florentia, in Camera Imperiali, & in toto Orbe Christiano Guid. Pap. decis. 1. num. 171. num. 1. & 85. Rebuff. ad constitut. Gallia tomo 1. tit. de sent. exequ. art. 1. gloss. 11. & tomo 2. tit. de benefic. cadauer. art. 1. gloss. 3. & tomo 3. tit. de mut. posses. art. 5. gloss. 1. num. 19. Boer. decis. 69. num. 23. Francisc. Marcus decis. 190. num. 6. volum. 1. & 215. num. 3. vol. 2. Cachet. decis. 116. Thefaur. decis. 82. num. 1. & 117. num. 1. & 131. Valæscus Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

- consult. 93. Berous consil. 56. vol. 3. Cranett. consil. 258. Natta consil. 411. num. 1. volum. 3. Minfynger. obseruat. 57. cent. 2. Menoch. de recup. posses. remed. 15 num. 120.
- 14 Declara duodecimo, citationem per edictum emittit prælatus, dum vult aliquis ad Sacros ordines promoueri, vt denuntient de illa persona ætatem institutionem, mores, doctrinam, & fidem Concil. Trident. sess. 23. c. 7. incipiente S. Synodus. Fuscus de visitat. lib. 2. c. 5. num. 2. cauebatur antea ex cap. quando 24. dist. Cucchus instit. Canon. Maior. lib. 4. tit. 12. Timot. de iustit. visitat. lib. 1. tr. 3. c. 19. Lancellott. lib. 1. instit. Canon. tit. communia tam maiorum, quam minor. ord. §. præcedet autem, & ad materiam adde Ioann. Franciscum de Paninis in baculo pastoralis, siue de visitatione par. 2. qu. 6. per totum.
- 15 Declara decimotertio, citationem per edictum fieri notum est, quando beneficiatus non residet in Ecclesia sua residentiam exigente, quia tribus vicibus, per trina edicta monetur, quod reuertatur ad residentiam, quæ in foribus, ac valuis suæ Ecclesiæ affiguntur, & expectatur postmodum per semestre, tempus intra quod si non venerit, beneficio priuatur, cap. ex tuæ, vbi Panorm. & alij de cleric. non resid. Maranta in Specul. par. 6. tit. de cit. num. 72. Concilium Tridentinum aliam prouisionem, ac penam statuit sess. 24. de reform. cap. 1. incipiente cum præcepto.
- 16 Declara decimoquarto, citationem partis saltem per edictum contra interesse prætendentes requiri, dum reassumitur, vel fit copia instrumenti cancellati, Cappella Tholos. decis. 417. incipiente, item a. valeat reingrossatio Rota in nouis. decis. 10. incip. Fuit dubitatum vtrum.
- Declara decimoquinto, citatum per edictum, vel per contradiclas dici fictum contumacem, & ideo reiectis expensis debet audiri etiam contra rem iudicatam Verall. decis. 128. lib. 1.

PRAXIS CLAUSULARVM.

RESOLVT. CIII.

- 1 Clausula appellatione remota quos effectus pariat.
- 2 Appellationis causa quando est inferenda, & insistenda.
- 3 Clausula appellatione remota intelligitur solum quo ad nominatos in rescripto.
- 4 Nominatus in rescripto, qui representat aliam personam, dicitur tertius.
- 5 Statutum remouens appellationem intelligitur inter contrahentes.
- 6 Appellatio quando tollitur semper intelligitur respectu lingantium.
- 7 Clausula appellatione remota non intelligitur quando sententia est notorie iniusta.
- 8 Etiam si sit dictum omni, & quæcumque appellatione remota.
- 9 Appellatio nunquam censetur prohibita, vbi constat de notoria iniustitia.
- 10 Appellatio ab excessiua taxatione, nunquam censetur ablata.
- 11 Clausula appellatione remota intelligitur de contradicloribus de facto.
- 12 Clausula appellatione remota posita in persona delegati nunquam transit in subdelegatum.
- 13 Item est odiosa, & respicit præiudicium tertij.

(E33)

E Clau-

Clausula appellatione remota quid operatur.

De effectibus huius clausulæ, vide Doct. in c. 2. de rescript. Franc. in cap. pastoralis, de appellat. Lapum allegat. 121. num. 3. in fine, & num. 4. & ibi Mandosius in ver. appellatione remota, Martil. in singular. 295. addentes ad Abb. in c. 1. num. 1. verbo inferior, de rescriptis.

Hæc clausula operatur, vt in appellatione sit inferenda causa per quam iustificetur appellatio, quæ debet per appellationem probari, Franc. in cap. pastoralis, num. 9. & 10. de appellat. Felyn. in c. quo ad consultationem, num. 20. de re iudicata, & fuit resolutum in causa Romana Casalium 14. Decembr. 1562. coram Orano, & faciunt tradita per Guidonem Pap. decif. 27. & decifio 436. qu. 1. in fine, Aufser. in additionibus ad Capell. Tholos. in decifion. 341. num. 3.

Et intelligitur solum quo ad nominatos in rescripto non autem, quod ad tertium, quia ea non obstante potest appellare cap. super eo, vbi Doct. Cardin. in 7. notab. Abb. n. 7. vol. 3. Dec. in consilio 198. n. 4. in fin. Menoch. de adipiscenda remed. 4. num. 896. & sentit Rot. in d. causa Romana Pecuniaria 19. Ianuarij 1598. coram Mellino.

Amplia, vt procedat etiam si Princeps in rescripto cum clausula de plenitudine potestatis remoueret appellationem, Alex. in conf. 84. n. 4. vol. 3. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 847.

Item amplia etiam si nominatus representet aliam personam, quia tunc respectu illius dicitur tertius, & clausula non operatur Rota in causa Regin. S. Thomæ 20. Decembr. 1576. coram Robusterio decif. 100. num. 11. in fine par. prima, in nouissimis.

Vnde statutum remouens appellationem, vel alias exceptiones ratione guarentigiarum intelligitur solum inter ipsos contrahentes Cardin. in c. super eo in 7. notab. vers. ex his infert Abb. n. 4. Felyn. num. 1. Dec. num. 7. de offic. deleg. Felyn. cap. qualiter in primo num. 13. vers. limita tamen de accusationibus, las. in l. si vnus, §. ante, num. 3. ff. de pactis, Alex. in conf. 83. num. 13. & conf. 84. n. 8. volum. 4. Paris. in consil. 107. num. 125. vol. 3. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 848. & fuit dictum in dicta causa Romana Pecuniaria coram Mellino.

Et est generale quando tollitur appellatio intelligitur respectu litigantium, non autem respectu tertij, qui non litigauit Doct. in cap. super eo, de offic. delegati, & in c. cum super de re iudicata gloss. in l. creditor in principio verbo pone, ff. mandat. Bartol. in l. 1. §. interdum, n. 4. ff. a quibus appellat. non lic. Fel. in conf. 49. n. 9. Corfet. in suis singul. verb. appellatio in princ. in 4. Fallen. & in verbo clausula in primo verbo Add. Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 846.

Hæc autem clausula non operatur quando sententia est notorie iniusta, & constaret de manifesto granamine gloss. in cap. ex conuersione verbo post appellationem, de restitut. spoliat. Abb. in cap. inter cetera, num. 3. de re iudicata, & in cap. Pastoralis, num. 14. de appellat. Ripa in c. 1. num. 3. vbi addentes ad Abb. num. 1. verbo inferior. in fine de rescript. Alex. in consilio 113. num. 9. volum. 5. conf. 91. num. 2. vbi Natta in additionibus vol. 6. Dec. in conf. 49. num. 3. & conf. 524. num. 9. Lancellott. de attentatis appellatione pendente limitatione 8. num. 8. & sequi, Verall. decif. 87. par. 2. Grassi. decif. 2. num. 8. de solutionibus, & fuit resolutum in causa Romana de Matthæis 11. Maij 1562. coram Orano, quam refert Lancellott. in dict. tract. de attentatis in d. limitatione octaua, num. 24. in fine, & est extensa per Verall. in d. decif. 87. & fuit etiam resolutum in causa Celenaten. bonorum 9. Martij 1598. coram Peregrino, & in causa Colonienf. mercium 10. Ianuarij 1600. coram Se-

raphino, & in causa Hispanen. & Corduben. præstimoniorum 19. Decembris 1601. coram Lancellott.

Amplia vt procedat etiam si dictum esset omni, & quacunque appellatione remota, vt fuit dictum in d. causa Romana de Matthæis 21. Maij 1562. coram Orano, in qua aderat clausula quacunque, &c. Qua non obstante Domini resolverunt non operari in illo casu, in quo aderat notoria iniustitia.

Et est speciale, quod vbiunque prohibetur appellatio non censetur prohibita, vbi constat de notoria iniustitia, & manifesta iniquitate gloss. in cap. ex conuersione ver. post appellationem, vbi Bald. nu. 5. in fine de restitut. spoliator. Alex. in conf. 77. num. 22. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 850. & sequi.

Neque tollit appellationem ab excessiua taxatione, quia solum refertur ad appellationem a diffinitiva in negotio principali, non autem ad illam, quæ interponitur ab incidentibus, & accessoriis, Salicet. in l. fin. n. 8. vers. quarto tertio, eod. de sentent. Felynus in cap. causam, quæ num. 27. de rescript. & ita tenuit Rota in causa Regien. Sancti Thomæ 10. Decembris 1576. coram Robusterio, vt in decif. 100. n. 11. par. prima in nouissimis.

Hæc clausula appellatione remota fuit postposita,

In gratia directa executori literarum intelligitur de contradictoribus factis, Francus in c. primo in fine principij vers. vel poterit, de concess. præben. lib. 6. Put. decif. 271. num. 6. volum. 3. Achil. decif. 4. nu. 11. de senten. excommunicat. Lancellott. de attentatis appellatione pendente limitatione 8. num. 41. & fuit resolutum in causa Mediolan. Parochialis 16. Martij 1588. coram Plato, & in Panormitana Archidiaconatus 15. Iunii 1590. coram Pegna. Item intelligitur tam respectu petitoris, vt fuit resolutum in causa Hispanen. & Cordub. præstimoniorum 16. Nouembris 1601. coram Lancellott. & facit Bald. in l. incerti, in fine, c. de interdicitis, Rota decif. 10. n. 34. & 12 nu. 20. par. prima in Nouissimis. hæc clausula posita in persona delegati non transit ad subdelegatum Moderni in cap. super quest. §. si verò de officio delegati, & faciunt, quæ dicunt DD. de delegato in cap. primo in 2. notab. de rescriptis.

Item hæc clausula est odiosa, & respicit præiudicium tertij, Decius in c. si pro debilitate, nu. 29. de officio delegati, ad intelligentiam c. super quest. §. si verò eodem tit.

RESOLVTIO CIV.

- 1 Clausula vocatis vocandis facit exequutorem de mero mixtum.
- 2 Exequutor mixtus tenetur assumere partes iudicis.
- 3 Clausula vocatis, & c. posita in gratia, si in euentum, quid operetur.
- 4 Et intelligitur quatenus de iure sit vocandus.
- 5 Clausula seruatis seruandis equipollet clausula vocatis vocandis.
- 6 Clausula vocatis vocandis in rescripto conditionali quid operetur.
- 7 Cause preparatorie iurisdictionis sunt examinanda summarie.
- 8 Iurisdictione conditionali non impleta, an & quando processus sit nullus.
- 9 Clausula vocatis vocandis importat formam iuris.
- 10 Item tollit subreptionem.

Clausula vocatis vocandis quid operetur.

Hæc clausula facit exequutorem de mero mixtum, qui tenetur seruare formam rescripti, alias nulliter agit cap. exhibita, vbi Abb. in ultimo notab. & ibi addit. de iudic. Cardin. consilio 63. num.

- n.1. Dec. conf. 173. num. 2. Felin. in c. de cetero, nu. 10. de re iudic. Rot. decif. 30. eodem titul. in nouis. & 12. ad finem. de offic. delegat. in nouis. Felin. in dicto c. exhibit. num. 4. Gomel. in c. statutum 77. de rescrip. in 6. & fuit dictum in causa Mediolan. Parochialis 16. Martij 1588. coram Plato. & vide in causa Legionen. Prioratus 19. Decembris 1586. coram Pamphilio. & fuit resolutum in causa Tuden. Parochialis 4. Decembris 1562. coram Pamphilio. & in Siracusana beneficij 19. Martij 1597. coram eodem. & vide in causa Tole- tana 11. Februarij 1602. coram Sacroto.
- 2 Et hoc casu tenetur assumere partes iudicis, vt per Doctor. in c. fin. de præsumpt. Rota in causa Ciui- tatis Castell. Sancti Fortunati 23. Maij 1597. coram Pegna. Dec. conf. 173. n. 2. Card. conf. 63. Felin. in dicto c. fin. n. 23. cum alijs supra allegatis, & fuit dictum in dicta Mediolanen. Parochialis coram Plato.
- 3 Hæc clausula posita in gratia si in euidentem ope- rat, quod non possit procedi extraiudicialiter, vt fuit dictum in causa Leodien. Cens. 29. Ianuarij 1590. coram Corduba. & vide in causa Mediolanen. bonorum 19. Februarij 1587. coram Seraphino.
- 4 Hæc clausula intelligitur quatenus de iure sit vo- candus, Abb. in c. exhibit. nu. 6. verl. quero, qui sunt vocandi, de iudicij, Veral. decif. 58. lib. in manuscript. Stante hac clausula possessio per exequutorem da- ta non citato illo est nulla ad tradita per Paris. conf. 45. num. 5. & 6. lib. 4. & fuit dictum in causa Faretta- na Parochialis 3. Junij 1589. coram Pamphilio.
- Hæc clausula apposita in gratia, seu priuilegio tol- lit vitium subreptionis Card. conf. 92. num. 2. in fine, & num. 3.
- Stante hac clausula possessio capta appellatione, pendente, vel tempore dato ad appellandum est nul- la, & attentata, vt fuit resolutum in causa Siracusana beneficij 19. Martij 1597. coram Pamphilio.
- 5 Huic clausulæ æquipollet clausula seruatis seruandis, vt probat Rodan. in tract. de rebus Eccles. non alienand. in rubric. de causæ cognitione, n. 64. & licet hæc latius pateat, tamen non aliud significat, vt patet ad sensum, item quia puritas terminorum in vtraque seruatur, quando agitur de præiudicio Tertij, ita etiã probat Caualean. in decif. 46. num. 415. par. 1. vbi alle- gat Abbatem in cap. exhibit. in vlt. notabili de iudic. Zabarel. in conf. 63. & consil. 92. Dec. in conf. 173. vol. 2. & in conf. 275. Alex. in conf. 217. vol. 2.
- 6 Si hæc clausula est apposita in rescripto conditio- nali, puta vocatis vocandis si inueneris talem esse, filium sacerdotis, & dat iurisdictionem conditiona- lem, ideo processus, & sententia inde subsequuti sine causæ cognitione sunt nulli ipso iure Lapis allegat. 28. in principio, & importat cognitionem conditio- nis Rota decif. 21. de rescrip. in Antiq. Staphil. de lite- ris gratia, in 2. par. verl. citatio personalis, nu. 4. Lan- cellot. de attentatis in 2. par. cap. 2. ampliacione 11. num. 22. & vide Hieronymum de Tortis in consil. suo posito post consilium septimum Antonij de Butrio.
- 7 Vbi quod huiusmodi qualitas requisita, quæ allega- tur ad præparationem causæ debet primo probari in præparatorijs in l. non ignorat, & ibi Bald. C. qui ac- culare non possunt, ideo sicut præparatoria summa- ria, ita & probatio in præparatoria summaria esse de- bet, & ita scribit Paul. de Castro in conf. 182. nu. 4. in fine, vol. 1. quod quando datur iurisdicção conditiona- lis cum clausula Confito, tunc iudex potest audire, & summarie cognoscere præparatoria posita in condi- tione.
- 8 Declaratur hæc conclusio, vt conditione non im- pleta circa iurisdictionem conditionalem processus intantum est nullus, in quantum processum fuerit contra absentem, cæterum contra præsentem valet, quia sibi imputandum est, cur non opposuit La- loy. Ricc. Praxis. Pars III.

pus in dicta allegat. 28. in fine, versicul. hæc vera.

9 Item hæc clausula operatur, vt iudex teneatur fer- uare formam iuris Rota decif. 3. de rescrip. in nouis. & decif. 12. de legat. in nouis. & diffusè scribit Mar- chesani. de commissione par. 2. c. 3. n. 21. & sequente.

10 Item operatur, quod aliqua subreptio allegari non possit, quia ex quo iudicialiter procedendum est pars conqueri non potest Zabarella in consil. 92. Dec. in consil. 232. in princ. vbi loquitur in dissolutione vnio- nis, Menoch. de arbitr. casu 201. numer. 140. qui alios refert.

RESOLVT. CV.

- 1 Clausula vt asseris refertur ad impetrantem, qui tene- tur testificari.
- 2 Impetrans narrans alternatiuè sufficit verificari alter- um.
- 3 Clausula vt asseris quomodo differat à clausula vt asse- ritur.

Clausula vt asseris quid operetur.

- 1 Hæc clausula, vt asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare asserita, secus in clausula vt asseritur Rota decif. 60. & 77. de rescriptis in An- tiq. Dec. in cap. iuravit, numer. 1. de probationib. Cassad. decif. 4. numer. 1. eod. titul. & decif. 7. de iurepatronat. Rota decif. 445. num. 2. part. 1. diuer. & fuit resolutum in causa Salamantina Pensionis 23. Ianuarij 1574. coram Grasso, & decif. 38. alias 2. numer. 3. & 4. de probat. Card. conf. 69. num. 6. Gig. conf. 48. num. 40.
- 2 Adde tamen, quod si impetrans loquatur alterna- tiuè, vtputa vt asseris de iurepatronatus laicorum, vel Clericorum sufficit, quod alterum sit verum, vt non teneatur aliud iustificare, Cassad. decif. 4. de probat. & decif. 7. num. 8. de iurepatronat.
- 3 Adde etiam, quod clausula vt asseris differt à clau- sula vt asseritur Rota decif. 60. de rescrip. in antiq. & decif. 472. num. 2. par. 1. in nou.

RESOLVT. CVI.

- 1 Clausula Motus proprii non extendit dispositionem.
- 2 Neque operatur contra proprios filios.
- 3 Nihil operatur in præiudicium tertij, & num. 8.
- 4 Facit dispositionem fauorabilem.
- 5 Non firmat priuilegium contra ius alterius.
- 6 Effectus clausulæ Motus proprii, qui sint.
- 7 Clausulæ Motus proprii, & ex certa scientia parem vim habent.
- 8 Motus proprius non operatur ad postulationem partis.
- 9 Clausula ex certa scientia, non operatur in præiudicium tertij.
- 10 Nec operatur in his, quæ sunt facti, & quid in inuestitu- ris, num. 12.
- 11 Clausula Motus proprii, & ex certa scientia nihil opera- tur in dispensationibus sine causa.
- 12 Dispensationes sine causa etiam Motu proprio non susti- nentur propter clausulam Supplentes.
- 13 Clausula, Supplentes, quos defectus suppleat.
- 14 Motus proprius non inducit dispensationem.
- 15 Nec inducit derogationem legis, per quam ius est quasi- tum fisco.
- 16 L. Nec damnoſa, C. de precib. Imperat. offerend. quomo- do limitetur.
- 17 Motus proprius non excludit importunitatem obti- nentis.
- 18 L. 1. C. de petitionibus sublatiſ lib. 10. declaratur.

Clausula Motu proprio quid operetur.

- H**æc clausula Motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non extendunt dispositionem ad maius præiudicium, quam sit expressum Sarnen. de iur. quasit. q. prima n. 2. & q. 4. n. 7. Alex. conf. 37. in fin. lib. primo Soci. iun. conf. 64. n. 6. & 13. lib. 2. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum. 17. Augusti 1583. coram Robulterio, vt in decif. 551. lib. 2.
- N**ec operatur contra proprios filios, de quibus non est facta mentio, Iaf. in leg. Gallus, §. & quid sit tantum, nu. 104. Paris. num. 11. Bolog. num. 232. vers. quod procederet, & num. seq. ff. de liber. & posthum. Curt. sen. conf. 13. num. 22. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum, 27. Augusti 1583. coram Robulterio.
- C**lausula Motus proprii nihil operatur in præiudicium tertii, Felin. in cap. ad aures numero 25. de rescript. Rot. decifion. 240. num. 3. parte prima in Nouissimis.
- S**ed facit dispositionem fauorabilem Rota d. decif. 240. num. 14.
- N**on firmat priuilegium contra ius alterius, Rota decif. 451. par. prima in nouissimis. Item ex falsa causa annullatur, sed Motus proprius tollit subreptionem ex parte impetrantis, non autem eam, quæ sit re ipsa Rota decif. 175. & seq. par. prima in Nouiss.
- D**e effectibus huius clausula Motus proprii, vide Gabriel. in tit. de clausulis conclus. 2. num. 16. Item quadraginta sex effectus huius clausula congerit Rebuff. super concordatis Franciæ in tit. de forma mandati Apostolici, & ibi etiam ponit plurimos effectus, quos ista clausula operari non potest.
- P**er hanc clausulam omnes surreptiones sublata censentur, vt per Canonistas in cap. si Motu proprio, de præbendis lib. 6. Bald. in l. finali. C. de crimen. sacrileg. Iaf. in conf. 184. col. 3. vers. tertio respondeo. vol. 2. Quoniam tantam vim habet quantam clausula, Ex certa scientia, vt post alios, quos citat notat Crauet. in conf. 241. num. 19. vers. ad clausulam. Et concessione fauorabilem reddit, & ampliat, Gozadin. in conf. 8. num. 20. Grat. in con. 9. num. 178. libro primo Roman. in conf. 327. Curt. sen. in conf. 66. col. 6. versic. confirmatur.
- S**ed hæc non procedunt in præiudicium tertii, vt dictum fuit, addo Glof. in cap. si Romanus, de præbend. Hostiensis, & Ancharan. in c. causam ille secundo de testibus, Socin. iun. in conf. 77. num. 104. volumine primo Alciat. responso 162. nu. 4. Socin. sen. in consil. 115. col. prim. vol. 3. qui respondit clarè hanc clausulam non tollere vitium subreptionis in alterius detrimentum, Roland. in conf. primo n. 110. vol. 3. Ruin. in conf. 18. nu. 12. & conf. 226. nu. 11. & conf. 228. n. 3. vol. primo Dec. in conf. 487. Curt. iun. in conf. 242. n. 9. Gozadin. in conf. 14. n. 18. Paris. conf. 11. n. 120. vol. primo.
- I**tem nihil operatur cum ad partis postulationem Princeps aliquid concedit Socin. iun. in d. conf. 77. n. 98. vol. primo, quia sicuti per importunitatem Princeps concessit, item per importunitatem dictam clausulam addidisset censetur.
- I**mmo etiam si addidisset clausulam ex certa scientia, quoniam, & ista in tertii præiudicium nihil operatur Socin. iun. in d. conf. 77. num. 126. vol. primo Roland. in d. conf. 7. n. 103. vol. 3. Aretin. in consil. 15. num. 6. Curt. iun. in conf. 142. num. 8. versicu. non obstat Paris. conf. primo nu. 84. & conf. 111. num. 121. vol. 2. Grammat. decif. 104. num. 2. Aegid. in decif. 475. Geminian. in conf. 104. col. pen. & finali, vbi latè hoc probat, & respondet ad cap. si pluribus, de præbend. li. 6. quod ibi non tractatur de præiudicio

alicuius, ideo illa clausula censetur fauorabilis, & ampliatur cum alijs ad hoc traditis per Dec. in conf. 410. col. pen.

- I**tem nihil operatur in his, quæ non iuris, sed facti sunt, Roland. in d. conf. 7. n. 105. vol. 3. Paris. in conf. primo nu. 81. vol. primo, & in conf. 4. n. 28. & conf. 74. n. 19. vol. 4. Socin. iun. in d. conf. 77. n. 126. vol. primo Crauet. in d. conf. 241. col. 9. in princ. Bal. in l. impetrata post n. 7. vers. dicas etiam, C. senten. rescindi non poss. Alex. in conf. 120. vol. 2. & in conf. 125. vol. eod.

Ex quo infertur, quod visa inuestitura consistat in facto, illam Princeps ignorasse censetur, & clausula ex certa scientia nihil operatur, præsertim si nulla causa cognitio adhibita fuerit, vt declarat Paris. in conf. 4. n. 33. vol. 2. Zasius in conf. 10. num. 30. vol. 2. Grammatic. decif. 66. num. 38. Roland. in d. conf. 7. n. 106. vol. 3. qui plures refert. Item quando post clausulam Motus proprii, & ex certa scientia Princeps in feudalibus addidisset clausulam feudi natura in aliquo non mutata, tunc hæc clausula restringit, atque refertur ad omnia, vt probat Ioann. Franc. de Ponte in conf. 3. n. 77. & 88.

Item huiusmodi clausula nihil operatur si in dispensationibus appositæ essent, quæ sine causa factæ essent, vt probat Oldrad. in conf. 250. in primo dubio, Ancharan. in conf. 342. col. prima Dec. in conf. 606. col. 2. & penult. dicit Card. mal. Iacobat. in tractatu de concil. fol. 598. col. 1. quod si Papa vtatur dispensatione sine vera causa, & iusta in materia iuris Diuini, vel vbi subest ratio naturalis, etiam si vtatur plenitudine potestatis, peccat mortaliter, qua non potest vti absoluta potestate sine causa, Innocentius in c. Innotuit, de electionibus, Bal. in l. finali, col. 1.

C. de quadrienn. præscrip. Neque dispensationes possunt subfiniri propter aliam clausulam in illis insertam suppletentes omnes, & singulos defectus tam iuris, quam facti etiam de plenitudine potestatis, nisi quoad defectus insurgentes de iure positio circa solemnitates, secus si provenirent à iure naturali, vel diuino, quia tunc nihil operatur causa non cognita, neque supplet defectus iuris positui, nisi specificentur Ioan. Andreas in Clementina pastoralis de re iudicata, Buttr. & Imola in cap. primo de transact. & in cap. illa de elect. Alexan. in conf. 79. nu. 10. & sequenti, vol. 2. Socin. conf. 164. col. fin. col. 2. & propterea fuit facta regula Cancellariæ sub num. 39. quæ dicit, quod

Clausula generalis suppletentes defectus non releuat, & ratio est, quoniam dispositio Papæ non extenditur ad incognita, & huiusmodi clausula nihil penitus operatur in facto incognito, Angel. in leg. sed, & si quis, §. quasitum in fine, ff. si quis cautionibus, vbi Iaf. col. 2. Roman. in conf. 327. col. penult. & est comm. opin. vt per Dec. in conf. 161. & 198. col. fin. item quia in Romana Curia in dispensationibus, atque alijs gratijs semper derogatur iuris statutis, & consuetudinibus, atque regulis Cancellariæ editis, ac promulgatis propter bonum publicum ex causa utilitatis, & necessitatis Ecclesiarum, & animarum: propterea valde aduertendum est ne vnicui verbo non obstantibus tollatur bonum publicum, & auferatur utilitas, atque necessitas Ecclesiarum, atque in priuatum comm. dispensati conuertantur contra iura, & ratione diuinam, atque humanam, & propterea Philippus Probus in c. ordinario de officio ordinarij, li. 6. notat per illum textum, quod præsumatur contra dispensationem, nisi ostendatur causa euidenter iusta.

Item clausula Motus proprii non inducit dispensationem Ioan. Andr. in Clement. per literas de præbendis cum alijs allegatis per Felin. in c. ad aures, de rescript. & in cap. cum inter, col. 3. de except. Dec. in c. ad hæc, col. 2. de rescriptis, & in conf. 168. col. 4. Ne-

Neque supplet defectus substantiales, neque inhabilitatem remouet, Felin. in cap. 2. col. 19. de rescript. Decius in conf. 10. col. fin. etiam si apponatur d. clausula supplet, quoniam non operatur ultra defectus narratos, Egid. decif. 33. cum alijs per Dec. in dicto conf. 10.

- 17 Item non inducit derogationem legis, per quam ius est quæsitum fisco quia conclusum est nihil unquam operari in præiudicium tertij, nisi specialiter fuerit dictum non obstante iure quæsito; hæc enim Reg. Cancellaria de iure quæsito non tollendo præseruat iura quomodolibet quæsitæ, Casar de Grassis, decisione 1. de verbor. significat. & per clausulam Motus proprij non fit illi præiudicium, Put. decif. 387. par. 1. de quo diffusè scriptum est in ff. nouissimis, to. 6. tit. reg. de iur. quæsit. non tollendo, c. 3. & pluribus sequentibus, & hæc multo magis procedunt, si quid fuerit impetratum cum clausula Motus proprij ad partis postulationem, quoniam ista clausula tunc nullius effectus est, idem si verè in Motu proprio processerit, & dictæ regulæ derogatum non fuerit.
- 18 Et ideo tex. in l. nec damnoſa, C. de precibus Imperatori offerend. quod damnoſa fisco impetrari non debent, non potest limitari in casu, quando Motu proprio concessa fuerint, vt Peregrin. in tractatu de iure fisci lib. 1. tit. 3. num. 37. in fin. & seq. quoniam, vt limitatio intret ista derogatione opus est, Motus proprius excludit surreptionem dicto cap. si Motu proprio de præbend. lib. 6. Sed non excludit importunitatem obtinentis, hoc non dicit ille tex. allegatus, & superius satis superque probatum est contrarium, neque text. ab illo allegatus in §. & hoc iubemus in authent. vt nulli iudicum loquitur de rescripto geminato ad partis postulationem, imò expresse ibi disponitur, vt Bart. ibi summat, quod vbi quid primo loco disponitur publicam vtilitatem, vel fisci interesse concernens, secunda iussio expectanda est, ergo non est illud rescriptum geminatum, quod clausula Motus proprij aequipolleat.
- 20 Hac omnia specialiter, disposita fuere in l. 1. C. de petitionibus sublatiſ, lib. 10. vbi bona, quæ deferuntur in fiscum quilibet impetrare prohibitus est, quorum concessio ad alterius postulationem facta non valet, nisi motu proprio concederentur, ex quo satis clarè ostenditur clausulam Motus proprij verè differre ab ea, quæ in postulata concessione ponitur, nam sicut postulatio importuna præsumitur, ita & eiusdem clausulæ accessoria quicquid, & quæcunque fuerint, ita infra in tit. clausulæ accessoria, vbi quod millesima geminatio Motus proprij addita postulationi alterius importuna præsumitur, & primæ petitionis naturam sequitur. Vbi quod Motu proprio conceditur, & alterius præiudicium tangit derogatione opus est, prout requiritur in casu dictæ l. nec damnoſa, vt limitatio supradicta vera sit, vbi verò de nullius præiudicio agitur, quoniam de lucro tractatur, vt in casu dictæ leg. 1. C. de petit. sublatiſ, lib. 10. derogatio non est necessaria.

RESOLVT. CVII.

- 1 Clausula inducas in possessionem & defendas, non tribuit perpetuam iurisdictionem, & declara num. 4. 5. 6. 7. & 8.
- 2 Et quid respectu molestia, quæ sit ex causa antiqua.
- 3 Exequutoris officium quamdiu duret.

Clausula (inducas in possessionem, & inducitur defendas) quid operetur.

- 1 Hæc clausula non tribuit perpetuam iurisdictionem, sed solum donec gratia fuerit plenè executæ, Ricc. Praxis. Pars I 11.

quæta, & vsque ad annum, secundum formam cap. querenti, de offic. deleg. Cardinal. consil. 10. n. 4. vbi dicitur hanc esse communem conclusionem.

- 2 Dic tamen, quod respectu molestia, quæ sit ex causa Antiqua, quando contradicit is, cui impositum fuerat silentium ex æquitate iurisdictionis durat, etiam post annum, vt post Ioan. Andr. Calderin. tradit Cardin. d. conf. 10. n. 4. verſ. dicit tamen.
- 3 Exequutoris officium tanto tempore durat postquam acceptatum est, quamdiu negotio sibi ad exequendum commisso paritum fuerit, quo exequuto licet noua turbatio oriatur, is qui officio suo functus est non se intromittit, ne Ordinarius effici videatur Innocent. in c. pro illorum, n. 3. verſ. in alijs autem de præb. Anch. in conf. 92. n. 4. ad finem. etiam si in literis executorialibus adesset hæc clausula inducas in possessionem, & inducitur defendas, quia postquam semel induxit, illius iurisdictionis expirat Zabarell. consil. 10. n. 4. verſ. hic autem.
- 4 Declaratur, quia si tempus in literis præfixum esset puta inducat in possessionem, atque inducitur defendas, donec causa proprietatis terminata fuerit, tunc officium illius eouſque durat Zabarell. in consilio 33. n. 2. in fine, & n. 3. verſ. ad secundum.
- 5 Item si nulliter in possessionem induxit, puta non citato possessore, licet functus sit officio suo, tamen alius exequutor propter clausulam, si non omnes, providere poterit, videlicet, quod possessor spoliatus citetur ad videndum renunciari possessioni capte tanquam nullæ, & de facto, & postea coram eodem exequutore citetur ad dicendum causam, quare non debeat procedi ad exequutionem literarum Apostolicarum, & si nihil releuans deduceretur, hoc modo dabit exequutionem literis Apostolicis, quoniam clausula, defendatis inducitur, conseruat iurisdictionem exequutoris Zabarell. in conf. 54. n. 2. ad finem.
- 6 In indice Ordinario exequutore dato tamdiu eius officium durat, quamdiu exequutio perfecta fuerit, ideo si cœpta, & non completa fuisset durat perpetuo, & finiri debet, Anchor. in consil. 92. n. 4. ad finem.
- 7 Ideo si in vna re exequutio cœpta fuerit, sed in ea perfici non potuit, debet in alia re plenè perfici, Bart. in conf. 139. statuto Ciuitatis Perusij parte prima, quod subscriptum fuit a multis, idem Bar. in conf. 141. num. 1. verſ. ad hoc, par. 1. Anchoran. in conf. 412.
- 8 Exequutoris officium inceptum ante mortem concedentis, durat etiam post mortem Oldrad. conf. 295. num. 4. verſ. hinc dicit Lopus allegatione 17. vbi quod hoc procedit tam super gratia facta, quam facienda Franch. in cap. si super gratia, de officio leg. lib. 6. & quomodo limitetur, vide Feder. de Sen. consil. 138. num. 3. in fine, & Franch. in dict. cap. si super gratia, & Calderin. in conf. 253. alias est 32. de præbendis.

RESOLVT. CVIII.

- 1 Clausula, & cum absolutione a censuris quando, & vbi per Papam poni soleat, & num. 4.
- 2 Reddit eum, cui sit gratia capacem.
- 3 Non habet effectum in eo, qui per annum inſorduit in excommunicatione.
- 5 In quibus non habeat locum.

Clausula, & cum absolutione a censuris, &c. quid operetur.

- 1 Hæc clausula conſuevit apponi per Papam in impetrationibus beneficiorum, & alijs gratijs, quas concedit, quas potest etiam absenti, & non petenti facere, quia eum reddit capacem, vt E 3 probat

probat Dec. in c. ad Apostolicam, col. 2. vers. ult. prædicta regula de exceptionibus, & post Alberic. & alios, quos allegat Boer. in decis. 290. per totam.

Et quia hæc clausula debet in aliquo operari, ideo habebit effectum, ut cum reddat gratiam capacem Alberic. diffusè in l. 2. procedente in princip. C. de dilationibus, Boer. in d. decis. 290.

Sed non habebit effectum si per annum, & ultra steterit in excommunicatione, quia tunc obstat Regula Cancellariæ de infordecensente per annum, & habetur suspectus de hæresi, ut declarat Rota in decisione 850. par. 3. lib. 3. in Nouis, item non habet effectum in ijs, qui non sunt obedientes Papæ, ut probat Boer. in d. decis. 290. post alios, quos allegat.

Hæc clausula tollit impedimentum proueniens à censuris Rebuff. in praxi benefic. par. 1. & in declaratione Bullæ nouæ prouisionis, §. seque absentes, numero 15. Nauarr. conf. 28. num. 18. in fine, & num. 21. vers. ad septimam questionem, de sentent. excommunicat. sed non inuat infordecensentes per annum, ut dictum est in odium ipsius, qui videtur paruipendere censuras, & ideo per Regulam Cancellariæ 61. Rubrica de infordecensentibus per Sixtum V. statutum, fuit, ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & infordecensendi in illis; generales absolutiones appositæ in literis non suffragantur his, qui scienter excommunicationis sententiam per quatuor menses sustinuerint, ex qua regula colligitur aperte, quod excommunicato ita demum suffragetur illa absolutio, quæ conuenit in literis Apostolicis apponi, si non sustinuit excommunicationem ultra quatuor menses, quibus elapsis absolutio non prodest, & literæ sunt nullæ, item non prodest irregulari ob notoriam fornicationem, Nauarr. in conf. 66. num. 1. de sententia excommunicat. quia nunquam Papa censetur super irregularitate dispensare, nisi expressè dicat: Nauarr. in Manuali, cap. 77. num. 253. item non prodest hæreticis, cap. excommunicamus, §. credentes, de hæretic. Felin. in d. cap. ad Apostolicam, colum. 1. de exceptione, neque committentibus fallum in literis Apostolicis, Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis, num. 89. & seq. neque incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum, & in alijs personis relatis in dicta Regula 61. Cancellariæ Sixti V. & huiusmodi absolutio, ut in literis dicitur, datur ad effectum præsentium, ut ad hunc effectum suspendatur excommunicatio, suspensio, & interdictum Rebuff. in loco citato, n. 6. unde si post huiusmodi absolutionem se ingerat in diuinis est excommunicatus, c. is cui, de sentent. excommun. lib. 6. neq; potest habere beneficium ab Ordinario, absque alia absolutione.

RESOLVT. CIX.

- 1 Possessione colorata, quæ clausula equiparetur.
- 2 Clausula amoto quolibet illicito detentore aliquando præseruat gratiam à subreptione.
- 3 Et intelligitur de detentore facti.
- 4 Possessio iuris ordine seruato capi debet.
- 5 Possessor semper citandus est.

Clausula amoto quolibet illicito detentore quid operetur.

- 1 Hæc clausula habet vim expressionis coloratæ possessionis, de qua faciendæ est mentio cap. cum nostris, de concess. præbend. & ideo præseruat gratiam à subreptione, cap. proposuit in fine, eodem titul. & ibi Ioan. Andr. in glos. penult. Abb. num. 21. Geminian. in consil. 86. num. 6. Rota decisione 38. & decisione 69. versic. & prout dicitur de rescript. in Antiqu. & fuit dictum in causa Colonien. Canonatus

20. Maij 1602. coram Pamphilio, Sylua in tract. de benefic. par. 3. q. 11. num. 104.

Quod est verum quando hæc clausula est posita in literis principalibus gratiæ, secus si tantum in literis executiuis, Clem. 1. in fine de præbend. Abb. in dict. c. cum nostris de concess. præbend. post Lap. & Calderin. in consil. 21. de concess. præbend. Gemin. in consil. 86. num. 6.

Contrarium tenet Felin. in dict. cap. in nostra, numero 32. & 36. Corrolario versicul. sed nouissimè de rescriptis, Sylua in dict. tract. de benefic. par. 3. quæst. 11. num. 104. post Ioan. de Deo in quæst. 24. lib. 1. & Zabarell. in consil. 8. in secundo dub. & vide in dicta causa Colonien. Canon. 20. Maij 1602. coram Pamphilio.

Et si dictum est Amoto detentore absque vicio spolijs intelligitur de detentore facti, non autem iuris Put. decis. 17. par. 1.

Princeps potest concedere amotionem illiciti possessoris, & dare facultatem ingrediendi possessionem, quia etiam præses Prouinciæ hoc facere potest Bald. in consil. 345. n. 2. vers. Item potest concedere, vol. 1. & licet intelligatur quando notorium est, quod illicitè possideat, ut ibidem Bald. num. 3. versic. nihil enim prohibet, tamen hoc etiam intelligitur, si detentor illicitus citatus fuerit, nam possessio iuris ordine

seruato capi debet ad not. in l. 1. ff. quod vi aut clam, & in l. extat. ff. de eo, quod met. caus. & in cap. ex transmissa de restitution. spoliatorum, Princeps possessionem non vacantem mutare non potest sine magna causa, l. 2. & ibi glo. ff. ex quibus caus. in poss. eat, neque citationem tollere, ut notatur in cap. primo de caus. possess. & propriet. & dicit Felin. in cap. quæ in Ecclesiis de constitutionibus, quod si priuat aliquid sua possessione tenetur dare excambium, & si Imperator concedat feudum, atque det facultatem capiendi possessionem etiam propria auctoritate Amoto legitimo possessore, etiam si de plenitudine potestatis fecisset, rescriptum non valet Bald. in dicto consil. 345. in princ. & facultas capiendi possessionem propria auctoritate intelligitur, nisi esset plena, quia tolli non posset Alex. in consil. 82. col. 2. volum. 2. Dec. in consil. 95. colum. 1. quando autem est

plena etiam si illicita possessor semper citandus est, cui nullum præiudicium, etiam si per motum proprium Papæ fieri potuit, quare si illius vigore possessionem alterius etiam illicitè ordine iuris non seruato occupauerit spoliassè dicitur, & restitutioni locus est, ut fuit decisum Mohed. decis. 7. de causa possess. & propriet.

RESOLVT. CX.

- 1 Clausula Constito requirit partem citationis.
- 2 Secus si sit dictum extraiudicialiter, & narrata verificatur ex actis.
- 3 Et requirit causæ cognitionem.
- 4 Secus si agatur de re modica, & parui præiudicii.
- 5 Reddit rescriptum conditionale.
- 6 Et ad cuius verificationem requiruntur veræ probationes.
- 7 Et quando sufficiunt probationes præsumptiue.
- 8 Clausula Constito, quod obierit in possessionem quando dicatur iustificata.
- 9 Possessio non dicitur interrupta per intrusionem alterius.
- 10 Clausula Constito de assertis quando non referatur ad narrata.
- 11 Clausula Constito de tribus conformibus intelligitur de validis.
- 12 Clausula Constito de re iudicata quid operetur.
- 13 Clausula Constito de assertis in commissione restitutionis non dat iurisdictionem.

14 Clau-

14 Clausula Confito, quod defunctus obierit in possessione quomodo intelligatur.

15 Index quando non iustificata reservatione nulliter procedat.

16 Clausula absq; vitio spoliū recipit conditiones Brevis.

17 Manutentio, quando datur ei, qui non habet se pro spoliato, & committitur causa arbitrio Rotæ.

18 Exequutio quando supersedetur ad exclusionem reservationis si datur fumus.

19 Clausula Confito, quod defunctus obierit quando sit verificanda.

20 Clausula Confito intelligitur ad effectum vacationis.

21 Clausula Confito posita in breui quid operetur.

22 Clausula Confito quando adiicitur rescripto exequutoris principaliter dati an, & quando importet cognitionem.

Clausula Confito quid operetur.

1 **H**æc clausula requirit partis citationem Glossa in Clem. præfenti de censib. in verbo constituitur, Rota decif. 21. de rescriptis in Antiquis, & decif. 15. de dolo, & contumacia in Antiquis. Lapis allegatione 60. num. 3. Abb. in cap. conquerente, num. 9. de restitut. spoliatorum, Felin. in cap. si constitit sub nu. 6. de accusatione. Dec. conf. 198. col. fin. Paris. conf. 45. numer. 9. consilio 31. num. 33. in fine lib. 4. Aegid. decif. 68. Veltrius in Praxi lib. 8. cap. ultimo, num. 13. & fuit dictum in causa Mileuitana beneficiorum 29. Maij 1587. coram Seraphino.

2 Declaratur non procedere, quando adest clausula, & extraiudicialiter, quia tunc non requirit partis citationem Than. decif. 95.

Declaratur secundo, non procedere quando narrata verificarentur ex actis, & coram eodem iudice, quia tunc esset conditio de præterito, quæ non suspendit, cum præsens, ff. si certum petatur. L. institutio talis, §. finali, ff. de condit. instit. cum similib. ita Than. decif. 85.

3 Item requirit causæ cognitionem Innoc. in cap. finali ad finem, & ibi Bald. num. 11. verf. de illa clausula, & sub num. 59. Card. ad fin. de præsumptionibus. Lap. allegat. 60. num. 2. verfic. secus si fuisset, & num. seq. & allegatione 15. num. 4. Aegidius decif. 68. Than. dicta decisione 95. Guido Pap. decisione 70. & fuit dictum in causa Tirafon. Cappellaniæ 7. Maij 1602. coram Pamphilio.

4 Limitatur quando agitur de re modica, & de paruo præiudicio, nam tunc non requirit partis citationem, nec causæ cognitionem, Staphil. de liter. iustitiæ, §. citatio, numero decimotertio, & facit Rota decimafexta de dolo, & contumacia in Antiquis idem Staphil. ibidem numero vndecimo, & duodecimo, Papazon. ad decif. 12. numero tertio, de officio delegati, & in nouissim. vbi idem dicitur de clausula si inueneris, & de clausula si repereris, & vide infra in clausula si inueneris.

5 Hæc clausula reddit rescriptum conditionale, & quidquid facit index ante verificationem conditionis nulliter facit Socin. consilio 99. nu. 10. lib. 3. Paris. consilio 41. num. 14. & consilio 94. num. 5. & 8. & consilio 95. num. 5. & 6. libro 4. & vide in causa Oriolen. Decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano Vantius de nullitatibus ex defectu iurisdictionis delegat. numer. 92.

6 Et ideo hoc casu ad eius verificationem requiruntur veræ, & concludentes probationes, nec sufficiunt præsumptiæ, l. Lucius, ff. de conditionibus, & de monstracionibus, Bald. in l. bonæ fidei, num. 8. C. de rebus creditis, Anania in cap. constitit, num. 6. & ibi Felin. in rubrica de probationibus, num. 3. vbi Dec. num. 14. & consil. 198. in fine, Cotta in suis Memor. in

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

verbo lex, quæ conditionaliter verf. præterea, & in verbo sententia sub conditione lata; latè Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. & vide in causa Oriolen. decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano.

7 Dic verum in his casibus, in quibus possunt haberi veræ, & concludentes probationes, secus verò in his casibus, in quibus haberi non possunt, quia tunc sufficiunt probationes præsumptiæ, quæ à iure com. admittuntur, Felin. in rubric. de probat. nu. 3. verf. sed aduerte, il secundo, & ibi Dec. sub num. 14. ante medium verf. si tamen, Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. verf. & quæ opinio.

8 Clausula Confito, quod non obierit in possessione dicitur iustificata ex ipso, quod probetur non semel in vita possedisse, quia possessio presumitur continuata vsque ad mortem, nisi doceatur interrupta ex traditis per Alciat. de præsump. Reg. 2. præsump. 25. Rota diu. decif. 80. par. 2. ita fuit resolutum in causa Illerden. beneficij 17. Octobr. 1594. coram Pegna.

9 Amplia, vt procedat etiam stante intrusione alterius, quia vbi posterior, & turbatiua, est nullius momenti, nec dicitur interrupta prior possessio si non habuit se pro spoliato, maxime si posterior sit attendata Neuz. conf. 81. n. 23. & 26. & fuit dictum in dict. Illerden. beneficij 17. Octobr. 1594. coram Pegna, & c.

Clausula Confito, & c. de qua in breui in eo, quod respicit reservationem debet plenè probari, & fuit dictum in causa Cæsaraugustana portionis 31. Maij 1602. coram Litta.

10 Clausula Confito de assertis posita à Regente in commissione non refertur ad narrata, sed tantum ad ea, quæ habentur in clausula Confito posita in dispositione commissionis, & sic non reddit rescriptum conditionale, quando signatura Papæ, vel Cardinalis est pura, & simplex, quia Regens non potest alterare signaturam Papæ, vel Cardinalis, quæ est illa, quæ disponit, & attenditur Cassad. decif. 7. nu. 14. de rescript. & fuit tentum in Trolien. decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano.

11 Clausula Confito de tribus conformibus, & cap. intelligitur de validis ad l. quartam, §. condemnatum in causa Caputaq. senioris 1. Iunij 1587. coram Bubalo Lauden. pecuniaria 1. Iunij 1585. coram Pamphilio, & fuit dictum in causa Vlixbonen. decimarum vigesimanona... 1591. coram Orano, & in causa Toletana pensionis 12. Decembris 1597. vbi quod mereantur exequutionem, & vide in causa Bonon. de Ramalottis 12. Aprilis 1592. coram Pamphilio Mediol. bonorum 4. Iunij 1601. coram Lancellotto.

12 Clausula Confito de re iudicata procedatur ad exequutionem, & c. operatur, quod stante re iudicata illa est exequenda non obstante præcedenti restitutione in integrum, si nihil contra iustitiam rei iudicatæ deducatur Rota decif. 144. num. 3. par. 2. diuersor. Segobien. Parochialis 2. Decembris 1602. coram Pamphilio.

Item quamuis intelligatur de præcedenti re iudicata, tamen quando sumus in sententia lata extra Palatium, & transierit in iudicatum, potest Rot. procedere ad illius exequutionem Mohedan. decif. 36. in fine, & fuit dictum in Toletana fructuum de Borgaf. 16. Maij 1586. coram Pamphilio Venet. legitimatis 1. Iulij 1602. coram eodem.

13 Clausula Confito de assertis restituat, posita in commissione restitutionis in integrum non respicit iurisdictionem, quæ simpliciter datur, & statim tribuitur, sed respicit ipsam restitutionem, vt non sit danda nisi probatis assertis, alias videri non posset an illa essent vera, vt fuit dictum in causa Bononiens. Censu 28. Iunij 1601. coram Sacrato.

14 Clausula Confito, quod defunctus obierit in possessione beneficij Sede Episcopali vacante, vel in tali

E 4 mense

- menſe reſeruato, &c. intelligitur, ita vt exinde inducatur reſeruatio, propter quam concedi ſolent Breuia de capienda poſſeſſione nomine Camerae, in quibus ponitur huiusmodi clauſula, & ideo licet probeatur obitus defuncti in dicto menſe, vel Sede Episcopali vacante, ſi tamen beneficium non eſt reſeruatum Breue non dicitur iuſtificatum, vt fuit reſolutum in vna Salamantina Canoniciatus de anno 1575. coram Rubeo, & in Vicentina beneficij S. Martini 21. Februarij 1600. coram Pamphilio, in qua adſunt deciſiones predictae Gerunden. beneficij 31. Maij 1600. Corduben. dimidię portionis, 11. Februarij 1602. coram Sacrato, & index ſi non admittit probationes ad excludendam reſeruationem dicitur grauare partem, vt fuit dictum in cauſa Gerunden. beneficij 31. Maij 1600. coram Corduba.
- 15 Vnde ſi iudex vigore huius Breuis non iuſtificata, reſeruatione procedat ad exequutionem dicitur nulliter procedere, & eiecto a ſua poſſeſſione datur reſtitutio, vt fuit reſolutum in dicta Salamantina Canoniciatus 1572. coram Orano, & in Corduben. portionis 1575. coram Rubeo, Vincent. beneficij S. Martini 25. Febr. 1600. coram Pamphil. & in eadem 10. Decembris 1600. coram Sacrato.
- 16 Amplia etiam ſi in Breui adeſſet clauſula abſq; vitio ſpouii, quia tanquam acceſſoria reſpicit conditiones Breuis, & intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatum Put. dec. 1. li. 1. & fuit reſolutum in dicta Cordubenſi portionis 1575. coram Rubeo Vinc. beneficij Sancti Martini 25. Februarij 1600. coram Pamphilio.
- 17 Quod intellige quando habet ſe pro ſpouio: ſecus ſi non, quia tunc ſi cauſa appellationis committitur parito Breui arbitrio Rota abſoluetur a cenſuris ad beneplacitum, & datur ei manutentio, vt ſeruatum fuit in cauſa Barchinonen. beneficij 28. Iun. 1600. coram Mellino.
- Die verum, quando datur ſumus ſufficiens ad excludendam reſeruationem, alias ſecus, quia tunc manutentio datur immiſſo per iudicem Rota in Aurien. parochialis 17. April. 1600. coram Lancell. Tuden. Paroch. 3. Decemb. 1601. coram Sacrato.
- Et ceſſante dicta clauſula Parito Breui arbitrio
- 18 Rotae ſi datur ſufficiens ſumus ad excluſionem reſeruationis, licet iura non ſint in forma probanti ſuperſedetur in exequutione Breuis, donec in forma probanti aſſerantur, vt plenę excludatur reſeruatio, vt fuit tantum in cauſa Laodiens. Parochialis 16. Decembris 1594. coram Litta, & in cauſa Altoricenf. Parochialis Prioratus 9. Decembris 1596. coram eodem Barchinonen. beneficij 28. Iunii 1600. coram Mellino Aurien. Parochialis 27. April. 1598. coram Lancellotto, vide Salamantina beneficij 31. Ianuarij 1596. coram Corduba, & Vicen. beneficij 22. Iunii 1598. coram Litta, quae videntur tenere contrarium.
- Secus quando non datur ſumus ſufficiens, quia, tunc non intrat arbitrium, & ſic non ſuperſedetur, vt fuit dictum in cauſa Aurien. Parochialis 17. April. 1601. coram Lancell. Tuden. Parochialis 3. Decembris 1601. coram Sacrato.
- Et ratio eſt, quia cum huiusmodi Breuia dentur propter reſeruationem, & in illa fundentur, illa ceſſante non datur exequutio, Rota diuerſor. in manuſcript. 45. incip. die 14. Nouembris 1558. & deciſio. 238. incip. coram Domino Rubeo, & fuit reſolutum in cauſa Gerund. beneficij 31. Maij 1600. coram Corduba, vbi quod ita fuit deciſum in vna Salamantina Canoniciatus coram Rubeo, & alibi ſape.
- 19 Clauſula Conſtituto, quod defunctus obierit tunc ſufficit verificare, quando non ſit mentio in ea de pertinentia collationis in clauſula Conſtituto, &c. quia primo Papa non remitteret pertinentia ad petitorium, ſecundo vero caſu eſt poſita, vti conditio dicta

clauſula, & ideo venit iuſtificanda, ita vt ex dicta pertinentia inducatur reſeruatio, propter quam breue fuit conceſſum, vt fuit reſolutum in cauſa Vicen. beneficij Sancti Martini 22. Febr. 1600. coram Pamphilio, & in Gerunden. beneficij 13. Maii coram Corduba, in qua ponitur iſta diſtinctio.

20 Clauſula Conſtituto poſita intelligitur ad effectum vacationis, puta ſi dicatur conſtituto, quod ſit principalis dignitas: intelligitur enim, & quando vacet, vt fuit dictum in cauſa Bracharen. iuris patronatus 25. Martij 1601. coram Iuſto.

21 Clauſula Conſtituto poſita in Breui operatur, quod ex mente diſponentis poſita in narratiua ſi in dicta clauſula non ſint repetita cenſeantur remiſſa ad negotium principale, vt fuit reſolutum in cauſa Abulenſ. Canoniciatus 24. Nouembris 1578. coram Rubeo, vt in deciſ. 373. lib. 1. cotidie.

22 Clauſula Conſtituto, ſicut clauſula iuſtitiam faciat, important cauſae cognitio nem, niſi adiciantur in ſcripto executoris principaliter dati, in his, quae de iure poſſet, quoniam ſine citatione exequi poſſet Ancharan. in conſ. 297. numero nono, & decimo.

Et ſi exequutor gratiae reſignationis a Papa datus ad aſſignandum reſignatario poſſeſſionem ex abundanti citauerit, & quadam egerit, quae ad iuſtificandam exequutionem tendant, non ideo exequutorem ſe facit, vt conſultit Anchar. in conſ. 221. quem ſequitur Felin. in c. dudum, num. 22. verſ. & amplia de praſumptionibus, ideo dicit Felin. ſi citauit, vbi non tenebatur, expectare non tenetur, nam licet exequutor iudicis partes aſſumpſerit ab hac via recedere poſſet, exequutorique partes reaſſumere, allegat Innocent. in cap. cum inter in fine de electione. & Ant. de Butr. in cap. cum contingat, col. finali de reſcriptis. Fruſtra enim citatur, qui praſens contradicere non poſſet, l. prima, §. cum dicitur, ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid. facit gloſſ. not. in l. cum dices, §. ſi arbitri, ff. de arbitris, ſed exequutor de exceptionibus principale negotium tangentibus cognoscere non poſſet, vt pluries deciſum eſt Minſynger. obſeruatiōe 69. part. tertia, Ludou. Peguer. deciſione 182. Ioan. Corſerius in Capella Tholoſan. deciſione 345. & ad hoc ſunt iura expreſſa capitul. de cetero, de re iudicata l. ſi Prator, §. Marcellus, ff. de iud. ergo quamuis cognoscere inceperit recedere poſſet.

Clauſula ſi tibi conſtituerit, ita demum importat cauſae cognitionem iuxta terminos Clem. iudex de offic. ordinari. ſi alia clauſula appoſita fuerit, videlicet vocatis, qui de iure fuerint vocandi, quae de ſtylo Romanae Curiae in literis iuſtitiae apponi conſuevit, vt dicit Lapus in allegat. 61. nu. 4. verſ. facit pro iſta parte, ſed quando principaliter datur exequutor in his, quae ſine partis citatione fieri poſſunt, tunc non eſt neceſſaria partis vocatio. Anchar. in conſ. 297. num. 10. & ibid. n. 8. & ſeq. quod dicit clauſula ſi tibi conſtituerit de reſeruatiōe, aut collatiōe, vel ſimilibus, moneat, inhibeat, declaret, &c. nō facit niſi merum exequutorem, quoniam conſtituto de aſſertis nihil vltius agit niſi exequitur, & ideo Ancharan. ibi probat, quod tunc clauſula ſi tibi conſtituerit, & clauſula iuſtitiam faciat nunquam importat cauſae cognitionem, quādo ſunt poſitae in literis exequutoris principaliter dati.

Neque importatur cauſae cognitio ſi alia clauſula ſuper addita foret, videlicet, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, quoniam, & haec impoſtat mentionem, vt probat Bald. in l. certum, col. 2. C. vnde cognati, vbi dicit, quod eſt potius commiſſio conſcientialis, quam iudicialis, & ideo exequutor non poſſet admittere exceptionem contrariam, quia non habet cauſae cognitionem, vt dicit Lapus allegat. 15. in fin. verſ. quia tamen eſt dictum, & allegat. 61. nu. 3. verſ. ſecundum, quod dicimus.

RE-

RESOLVT. CXI.

- 1 *Ius patronatus quot modis dicatur mixtum.*
- 2 *Legatus de Latere, an possit derogare iuri patronatus mixto.*
- 3 *Papa confert ius patronatus Ecclesiasticum absque derogatione.*
- 4 *Ius patronatus quantum ad effectum derogationis, an debeat dici Ecclesiasticum, vel laicale.*
- 5 *Ius patronatus, quando dicatur laicale etiam stante mixtura.*
- 6 *Clausula, quatenus mixtum in derogatione iuris patronatus quid operetur.*
- 7 *Ius patronatus mixtum cum Rege, quam derogationem requirat.*

Clausula quatenus ius patronatus mixtum quid operetur.

- 1 **I**N iure patronatus multipliciter consideratur mixtura, videlicet, quando a principio tam laicus, quam Ecclesia fundarunt, & dotarunt, vt quia Ecclesia posuit fundum, laicus dotem, nam tunc mixtum appellatur Paris. in consil. 35. n. 5. & seq. vol. 4. & ibi. n. 13. & n. 16. probat, quod Legatus de Latere non potest derogare huic iuri patronatus, Federic. de Senis in consil. 65. in princip. interdum dicitur mixtum si testator laicus totum fecerit, sed voluit, quod presentatio pertineret ad suum heredem, & ad Rectorem Ecclesiasticum contemplatione Ecclesiae, quia tunc dicitur mixtum, secus est si transit ad Ecclesiasticam personam contemplatione persone, puta quia frater testatoris esset Rector, vel beneficiatus Ecclesiae Paris. in dicto consil. 35. n. 13. & seq. & versic. dubium tamen, vol. 4. item dicitur mixtum quando Ecclesiasticus, vel laicus dotauit Ecclesiam partim ex bonis Ecclesiasticis, partim ex laicalibus. Paris. in consil. 128. per totum volum. 4.
- 3 Et quia Papa confert ius patronatus Ecclesiasticum absque derogatione, Achil. decif. 3. n. 8. de iure patronat. ideo Doctores disputarunt, vtrum hoc ius patronatus mixtum quantum ad effectum huiusmodi derogationis debeat dici Ecclesiasticum, vel laicale, Abb. in cap. propter in fine de iure patronat. tenet, quod debeat iudicari Ecclesiasticum, & hanc opinionem sequuta est Rota Antiqua in decif. 46. de concessione praebendae in Antiquis.
- Sed contraria opinio est verior, videlicet, quod debeat iudicari laicale, Abb. in cap. dilectus circa finem, delegat. Calderin. in cap. finali circa finem versic. extra gloss. de iure patronat. Federic. de Senis in consil. 45. Felin. in tractatu quando litera Apostolica praeducit patronis ampliatione 6. vbi relatis opinionibus probat hanc opinionem esse veram, & hanc sententiam tamquam veriore amplexa est Rota mutata sententia priori, vt per Achil. in dicta decif. 3. de iure patronatus, & per Cassador. decif. quarta de probationibus, & decif. septima de iure patronatus, & per Puteum decif. 59. par. prima, & ideo ius patronatus fundatum a duobus laicis, & vno Ecclesiastico dicitur laicale, vt probat Rocchus in tractatu de iure patronat. §. ius. n. 24. item si Ecclesiasticus fecit de bonis patrimonialibus dicitur laicale, Rocchus ibidem, n. 26. Lambert. in tractatu de iure patronat. lib. secundo, par. prima quaestione 9. articul. 28. n. quarto, & ad hoc vide Put. decif. 228. par. 2. & Menoch. libro 3. praesumption. 53. & de arbitrar. cap. lu. 195. & si fundatum a laico relinquatur quatuor laicis, & vni clerico dicitur laicale, Crescent. decif. 3. de iure patronat. item si laici sunt per longissimum tempus in quasi possessione iuris presentandi dicitur laicale, & non Ecclesiasticum, Put. dict. decifio. 228.

num. 4. & seq. par. 2. Mohedan. decifione 9. de iure patronat.

- Propterea in iure patronatus mixto Papa derogat pro medietate, videlicet pro parte laicorum, & addidit hanc clausulam quatenus mixtum existat quocumque casu non importat cognitionem iudicalem, sed informationem, & cognitionem causae extra iudicalem, & probat Caualean. in decifio. 22. num. 5. par. 1. Iuri autem patronatus laicorum simplici Papa derogare non consuevit, sed hoc satis scriptum est in Digestis Nouissimis tom. 6. tit. derogatio. & tit. ius patronatus.
- 7 Cum autem ius patronatus esset mixtum, sed mixtura esset cum Rege fundatore simul cum Ecclesia, vel quia Ecclesia fundasset, & Rex dotasset, quo casu non sufficit simplex derogatio pro medietate vi clausulae, quatenus mixtum existat, quod probatur ex Regula Cancellariae 41. vbi disponitur iuri patronatus spectanti ad aliquem Regem, & Principem non censi derogatum, nisi specialis de illis mentio habita fuerit, & ad hoc plurima allegantur in Voto 139. inter decif. Pisanas.

RESOLVT. CXII.

- 1 *Clausula ex nunc prout ex tunc in statutis non retrotrahitur.*
- 2 *Quando est posita per Papam in collatione de vacanti non suspendit gratiam.*
- 3 *Non operatur in praedictum tertij.*
- 4 *Posita in actu conditionali semper facit conditionem.*
- 5 *Posita in gratijs nihil operatur ante conditionis existentiam.*
- 6 *Et quid si est posita in collatione de vacaturo, & gratia sit pura.*
- 7 *Dictio nunc, & dictio tunc quid significant, & quid vniuntur.*
- 8 *Gratia quomodo retrotrahatur per dictam clausulam.*
- 9 *Clausula ex nunc, prout ex tunc, & e conuerso quid importent.*
- 10 *Hec clausula facit transferri dominium, & possessionem.*

Clausula Ex nunc, prout ex tunc quid operetur.

- 1 **H**EC clausula in statutis non retrotrahitur ad initium dispositionis, sed debet expectari euentus conditionis, & tunc incipit operari, quia dispositio super his verbis facta si retrotrahitur id fit per perfectionem, quae non habet locum in statutis Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 73. & de retractu conu. §. 3. gloss. 1. n. 88.
- 2 Hec clausula quando est posita a Papa in collatione de vacanti non suspendit gratiam, secus si est in vacaturo, Card. in Clem. vnic. n. 9. in 1. opposit. de concess. praebend. Cassad. decif. 3. num. 15. de praebend. Crescent. decif. 7. n. 13. & 19. de concess. praebend. Achil. decif. 7. num. 4. de renunciat. Rebus. tit. de dispensation. etat. verb. tecum, vt ex tunc, & fuit resolutum in causa Illerden. Canon. 22. Octob. 1574. coram Aldobrand. & in dicta causa Montis Falisci Praeceptorum 16. Februarii 1598. coram Pamphilio, in qua adest decifio Legion.
- 3 Hec clausula non operatur in praedictum tertij medio tempore acquirentis. Puteus decif. 190. p. 2.
- 4 Item posita in actu conditionali semper facit conditionem, vt probat Gabriel. in consilio 185. num. 6. volum. primo.
- 5 Et si posita est in gratijs nihil operatur ante conditionis existentiam, & conditionem non retrotrahi in gratijs, & dispensationibus, sed spectari tempus quo conditio existit probat Gabriel. in consilio 189. in fine, vol. 1.

6 Item

6 Item operatur quando est posita in collatione de vacaturo, dummodo gratia sit pura, licet executio collata in futurum euentum iuxta textum in c. si super gratia, de offic. delegat. in 6. secus in gratia conditionalis, in qua Papa non confert, sed dat Collatorem iuxta text. in cap. si cui nulla, de prabend. in 6. & idem declarat gloss. finalis, & gloss. 1. in dicto cap. si super gratia Guidobon. decisione 29. & fuit resolutum in Calaguritana Canoniciatus 1. Iunii, & 9. Octobris coram Pegna, & vide Mandol. in Reg. 32. quæst. 30. num. 8. & in causa Salamantina Coadiutoria 10. Martij 1593. & in Montis Falisci Prætorie coram Pamphilio.

Hæc clausula qualitatibus verbis, cui adijcitur, & refertur ad tempus, quo dispositio incipere debeat, l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. Dec. conf. 233. n. 1. Tiraquell. de retractu conuent. §. 2. gloss. 1. num. 86. vide in causa Bononien. de Albergatis 14. Mart. 1603. coram Pamphilio, & sic obtinuisse dixit mihi acutissimi ingenij iuuenis D. Ioannes Maria Nouarius.

7 Ex hucusque dictis apparet, quod dictio nunc significat effectum verbi consumati, & ad hoc est text. in §. 1. ff. de condit. & demonst. & declarat, Guido Papa decif. 588. & dicit Socin. in cap. sacro, numer. 147. de sentent. excommunic. quod dictio ex tunc significat actum disponentis, non autem conditionem existentis, & licet sit præsentis temporis tamen denotat futurum effectum, Bald. in cap. primo, num. 16. de milit. vassall. qui contum. est. Dec. in cap. præterea, n. 10. de appellat. quando istæ verò duæ dictiones vniuntur, & sic clausula ex nunc, prout ex tunc vnum tempus inest alteri, l. Titius, la seconda, vbi Angel. Imola, & Alexand. in secundo notab. ff. de verborum obligat. Purpurat. in conf. 557. n. 34. Siluan. in conf. 92. num. 11. Surd. decif. 113. num. 10.

8 Et ideo sequuta acceptatione infra mensem prouisio Papæ retrahitur ad diem gratiæ propter dictam clausulam ex nunc, prout ex tunc, ex quo nulli interim erat ius quæsitum, neque erat petitorium, neque in possessorio, stante dicta clausula infra mensem cum decreto irritanti, quod inficit petitorium, & possessorium cuiuscunque alterius prouisi, vt est text. cum gloss. in vers. ex nunc, prout ex tunc in Clement. cum ei quem, §. secus de concess. præben. & latè scribit Cassad. in decif. 3. de præben. vbi alios allegat.

9 Hoc autem recipit declarationem, quia si clausula ex nunc est simpliciter appposita, vel ex nunc, prout ex tunc relata ad futurum importat, quod actus non censetur tunc gestus, sed referatur in tempus, ad quod sit relatio Zabarell. & Imola in Clem. vnic. de concess. præben. l. 1. in l. 1. num. 4. C. de codicill. Cephal. in conf. 153. num. 21. vol. 2. Gabriel. in conf. 185. num. 6. vol. 1. sed quando dictum fuerit ex tunc, prout tempus illud futurum trahitur ad præsens, & dispositio, in qua illa verba ponuntur retrahitur ad tempus actus, & operatur, vt censetur habere effectum ab ipso principio. Gloss. in Clem. volentes vers. ex tunc, & ibi Zabarella, & Imol. de hæret. Angel. & alij in dicta l. 1. C. de codicill. Bal. in Authent. contra rogatos, col. 1. C. ad Trebell. Tiraquell. qui multos ad hoc allegat de retractu conuentionali, §. 2. gloss. 1. num. 86. & in tractatu de Constituto par. 3. limit. 2. num. 16. & ita declarant l. 1. in d. l. 1. n. 4. C. de codicill. Cephal. in d. conf. 153. num. 21. & Riminald. in conf. 592. num. 20. & seq.

10 Item clausula ex nunc, prout ex tunc appposita in contractu facit transire, & retrotransferri dominium Bar. & doct. in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquir. possess. repetetes in l. filiusfamilias, §. Diui de legat. 1. vbi Ambros. de Obizo, num. 154. & seqq. Loaz. in 6. limit. ad quartam quæstionem Bartoli sub num. 174. & consuluat Paris. in conf. 69. num. 137. & seq. vol. 1. item ope-

ratur translationem possessionis ad tradita per Tiraquell. de Constituto, limit. 3. num. 15.

RESOLVTIO CXIII.

- 1 Clausula habita, vel non habita possessione, non operatur ultra duos annos, & num. 5.
- 2 Et quid si lis sit calumniosa.
- 3 Cur consuevit apponi ista clausula in pensionibus Hispaniæ, non Italiæ.
- 4 Propter d. clausulam pensio soluenda est etiam possessione non habita.
- 6 Clausula quando pensio censeatur imposita super alia Abbazia quid operetur.
- 7 Clausula, & qui pensioni consensit non possit alteri resignare, nisi sub certa forma quid operetur.

Clausula habita, vel non habita possessione in reservatione pensionis appposita quid operetur.

1 Hæc clausula habita, vel non habita possessione posita in reservatione pensionis ex benigne Rotæ non operatur ultra duos, vel tres annos, vt fuit dictum in causa Segob. pensionis 4. Maij 1576. coram D. de Grassi. vt in decif. 123. alias duodecima, de præben. n. 3. & in causa Placentina pensionis 10. Maij 1581. coram Aldobrandino, vt in decif. 699. n. 2. par. 1. diuersor. & in causa Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino.

2 Dic verum, quando lis non est calumniosa, & titularis bona fide succumbit, secus verò quando non fuit processum in lite bona fide, & titularis in alios succumbit, tunc enim cessat benigne Rotæ, & clausula extenditur ultra, vt fuit dictum in causa Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino.

3 Ad hoc, vt pensio cum effectu solvatur, solet in supplicatione apponi ista clausula, habita, vel non habita possessione, sed signatura circa ea, quæ in Italia fiunt, delet non habita, vt tradit Mandol. de signatura Gratia ad dict. titul. pensiones, col. 12. vers. si ponatur, vbi dicit, quod ultra montes tantum solet apponi præsertim in Hispania propter difficultatem probandi, an possessio capta sit, & quis sit verus possessor, siue intrusus. Quamobrem stante dicta clausula etiam si beneficium fructus non perceperit, super

4 quibus pensio imposita est, adhuc tenetur illam soluere, & ita fuit resolutum coram Sancta Cruci, vt attestatur Verall. decif. 364. parte prima, sed postea fuit resolutum in Rota, vt propter æquitatem ista

5 clausula interpretetur, vt non extendatur ultra duos, vel tres annos, vt fuit resolutum coram Oradino in vna pensionis de Cordellis de Mense Iunij 1565. & in Placentina pensionis 9. Decembris 1569. coram Seraphino, & in Valentina pensionis 10. Maij 1581. coram Aldobrandino, & in Gerunden. pensionis coram Augustino, quæ est inter impress. Nouissimas 705. par. 3. lib. 3.

6 Interdum solet apponi clausula, quod si per resignatarium sciret, quo minus haberet possessionem beneficij resignati, tunc pensio censeatur imposita super Abbazia resignatarij, & cum euenisset casus, quod antequam ipse resignatarius cepisset possessionem beneficij resignati illud alteri resignauit, & per duos annos soluit pensionem, ac postea mortuus est, ideo pensionarius petijt pensionem a successore in Abbazia, & Rota decidit validè fuisse impositam, quia per ipsum stetit, quominus caperet possessionem, & verba bullæ sunt clara, ita attestatur Gambar. in tractatu de autoritate legati, titulo de pensionibus, n. 668. vers. 35. ibi vide. Et propterea solet apponi alia

7 clausula, vt is qui pensioni consentit, non possit in fauorem alterius beneficium tali pensione grauatum resc-

resignare, nisi prius facta intimatione ipsi pensionario, atque facta noua obligatione per resignatarium de pensione soluenda; quam clausulam semper in signatura concedi attestatur Mandos. in d. tit. pensiones, col. 12. vers. quia & hoc ex eo, Mohedan. decif. 2. Calsador. decif. 4. de restit. spoliator.

RESOLVTIO CXIII.

- 1 Clausula sine retardatione solutionis tribuit iurisdictionem conditionalem.
- 2 Et operatur, vt etiam lite pendente solutio facienda sit.
- 3 Et procedit etiam lata sententia super spolio.
- 4 Etiam non docto de aliqua quasi possessione.
- 5 Clausula sine retardatione solutionis habet locum stante quasi possessione, vel expeditione literarum.
- 6 Imò sola supplicatio sufficit, nec requiritur expeditio literarum.
- 7 Et literas non opus est iustificari, nisi gratia esset condicionalis.
- 8 Manutentio in possessione exigendi quod requirat.
- 9 Non operatur quando constat de vitio, siue de nullitate pensionis.
- 10 Exceptio oriens ex ventre non impedit executionem solutionis pensionis.
- 11 Exceptio dicitur oriri ex ventre, quando gratia est condicionalis.
- 12 Exceptio oriens ex ventre, quando non impedit.
- 13 Sententia, & alia acta facta ante solutionem, quando sunt nulla.
- 14 Pensio debet prius solui, & debet in actis constare, vt procedi possit stante clausula predicta.
- 15 Clausula sine retardatione solutionis non est satisfactum, quando solutio est facienda a tercio.
- 16 Clausula sine retardatione solutionis posita in commissione appellationis refertur quoad summam contentam in sententia.
- 17 Et censetur in qualibet commissione repetita.
- 18 Datur etiam transcripto, qui nunquam exegit, & quid si sint plures, & num. 20.
- 19 Et si adsit clausula, Arbitrio Rotæ non suspenditur executio.
- 20 Preseruat iurisdictionem in commissione appellationis.
- 21 Posita in commissione Nunciij quando non obstat.
- 22 Clausula, que solet apponi in honorem literarum Apostolicarum, & ad obuiandum fraudibus, num. 23.
- 24 Clausula sine retardatione afficit etiam tertium venientem ad causam.
- 25 Non operatur quando Pensionarius stetit per multum tempus.
- 26 Neque datur quando pensio est imposita super pluribus beneficijs.

Clausula, siue retardatione solutionis pensionis quid operetur.

- 1 Hæc clausula tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, quod iudex non possit valide procedere in negotio principalis, nisi prius soluta pensione Iacien. in comp. signat. num. 8. Paris. conf. 98. nu. 12. lib. 4. Io. Paul. decif. 1. Put. decif. 29. de pens. Grats. decif. 8. num. 1. de re iudicat. & fuit dictum in causa Vercellen. pensionis 29. Maii 1587. coram Plato; Tarraconensi pensionis 15. Nouembris 1593. coram Gipsio; Romana de Cencijs 23. Iunij 1595. coram Mantica; Romana pensionis 9. Iunij 1597. coram Litta, & in Spoletana pensionis 5. Iulij 1594. coram Corduba, & vide in causa Hispal. pensionis 6. Aprilis 1590. coram Seraphino.
- 2 Ampliatur primo, vt etiam operetur, quod lite pendente pensio sit soluenda Staphil. de liter. iust. §. in primis, num. 84. Gig. de pens. q. 35. num. 9. Couar.

variarum resolut. libro 2. cap. 1. numer. 9. in fine.

- 3 Ampliatur secundo, vt procedat etiam lata sententia super spolio, quando in commissione appellationis datur hæc clausula, vt fuit resolutum in Brix. pensionis 22. Maij, & 29. Nouemb. 1599. coram Pegna.
- Ampliatur tertio, vt procedat etiam si sententia per appellationem suspendatur, vt in d. Brixien. pensionis 21. Maij, & 29. Nouembr. 1599.
- 4 Ampliatur quarto, vt prædicta procedant etiam non docto de aliqua quasi possessione exigendi, quia sufficit, quod literæ sint expeditæ, vt in Romana pensionis 22. Martij 1576. coram D. Blanchetto vt in decif. 301. par. 1. diuers.
- 5 Stante hæc clausula sufficit, vel quasi possessio, vel expeditio literarum, nec vtrumque requiritur, vt fuit dictum in causa Romana pensionis 23. Martij 1576. coram Blanchet. vt in decif. 301. par. 1. diuers. & Burgen. pensionis 24. Nouembris 1595. coram eodem, & in Tarraconen. pens. 29. Aprilis 1596. coram Seraph. & in Romana pensionis 9. Iunij 1597. & 28. Februarij 1598. coram Pamphilio, & in Brixien. pensionis coram Pegna, & vide in causa Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593. coram Seraphino, & in Burgen. pensionis 19. Februar. 1596. coram Blanchet.
- 6 Adde tamen, quod sola supplicatio sufficit, nec tunc requiritur expeditio literarum, vt fuit resolutum in causa Anconitana pensionis 15. Iunii 1587. coram Plato, & in Auximana pens. 5. Maii 1589. coram Comitulo.
- 7 Et ad effectum huius clausulæ non requiritur, quod literæ sint iustificatæ, nisi gratia esset condicionalis, vt puta postquam clericali caractere fuit insignitus, vt in Compstellana pensionis 11. Maii 1584. coram Seraphino.
- Item adde, quod ad effectum huius clausulæ, & ad effectum manutentionis vtrumque requiritur, nempe quod constet de reservatione pensionis, & quod adsit quasi possessio exigendi Achil. decif. 4. de rescript. & fuit dictum in causa Salamantina pensionis 18. Aprilis 1572. coram Aldobrand. vt in decif. 220. part. 2. quotidie, & vide in causa Tarraconen. pen. 4. Decemb. 1592. coram Gipsio.
- Hæc clausula operatur, etiam quod ex actis constet de nullitate pensionis, puta quia non est facta mentio alterius pensionis Io. Paul. decif. 61. Anton. Aug. de clausula sine retardatione, numer. 4. in causa Burg. pensionis coram Blanchetto.
- 9 Non tamen operatur quando constat de vitio, seu nullitate pensionis ex ventre literarum, & de non iure pensionarii Sarnens. in Comp. sign. numero 84. Ant. Aug. de clausula sine retardatione in princ. Calsador. decif. 10. de rescript. Achil. decif. 4. in fine, eodem tit. Rot. decif. 310. nu. 3. par. 1. diuers. Grats. decif. 8. num. 13. de re iudic. & est decifio 349. n. 7. par. 1. diuers. ita fuit semper in Rota seruatum, vt fuit dictum in causa Salamantina pensionis 15. Ianuarii 1586. coram Pamphilio, & in Burg. pensionis 19. Febr. 1596. coram Blanchetto, in alia 24. Nouembris 1595. coram eodem.
- In contrarium est decifio Put. 34. lib. 1. quam secuta fuit Rota in vna Romana pensionis 23. Mart. 1576. coram Blanchetto, vt in decif. 301. in fin. par. 1. diuers. quia vt in eis dicitur aliunde potest etiam contrariū probari, & ideo interim non est impediendus pensionarius exactione.
- Et adde, quod a tempore Gregor. XIII. & ita mandante in Signatur. vt retulit Dom. Robust. & habetur in notis Domini mei (istæ notæ non habentur, quia sunt in manuscripto exemplari Romæ in vna Salamantina pensionis coram Pamphilio) fuit seruatum, quod exceptio oriens ex ventre non impediatur dictam

- dictam clausulam, ex quo per eam iurisdiclio est data sub conditione, & in dicta Salamantina Domini dixerunt, quod ritularis adiret signaturam.
- 11 Et adde, quod tunc exceptio dicitur orire ex ventre quando gratia est conditionalis, alias secus, & ita intelligit Rota, & fuit dictum in Compostellana pensionis vndecima Maij 1584. coram Seraphino.
- 12 Adde etiam, quod exceptio oriens ex ventre non impedit dictam clausulam quando adest quasi possessio exigendi, Put. decif. 245. num. 4. lib. 1. & fuit dictum in causa Burgenf. pensionis 19. Februarij 1596. coram Blanchetto, in qua fuit dictum, ita fuisse tentum in causa Sabinen. pensionis coram Mantica, & in causa Foroliuien. pensionis coram Pegna, & fuit dictum in causa Tarraconen. pensionis 29. Apr. 1596. coram Seraphino.
- 13 Stante hac clausula sententia lata non prius soluta pensione est nulla, vt fuit resolutum in causa Vercellen. pensionis 29. Maij, & 15. Iunij 1587. coram Plato, & tradit Put. decif. dicimanona, de pension. Anton. Aug. de clausula sine retardatione, §. 6.
- 14 Et generaliter omnia gesta ante solutam pensionem stante hac clausula sunt nulla, vt fuit resolutum in causa Tarraconen. pensionis 15. Nouemb. 1563. coram Gypso.
- 15 Huic clausula non dicitur satisfactum vbi solutio est facienda a tertio, qui se obligauit in forma Camerae, & non soluit ob protestationem factam ab eo, qui vult procedere in causa: secus tamen est si iudex cogat obligatum soluere non obstante protestatione, nam tunc dicitur satisfactum quia hoc casu protestatio non impedit solutionem vide in causa Romana de Cencijs 11. Decembris 1593. coram Mantica.
- 16 Hac autem clausula posita in commissione appellationis refertur quoad summam contentam in sententia nec ultra extenditur vt fuit resolutum in causa Romana pensionis 23. Maij 1576. coram Blanc. vt in decif. 310. p. prima diuersor.
- 17 Hac clausula censetur in qualibet commissione repetita Aegidius in decif. 41. & 526. Cassadorus decif. 8. num. 15. de rescriptis Tholomeus decif. 30. Rota decif. 121. nu. primo p. 1. diuersor. & in terminis huius clausulae fuit resolutum in causa Nouarien. decimar. 11. Decembr. 1573. coram Blanchetto, & fuit dictum in causa Aullinae praebiteratus 6. April. 1490. coram Pegna, & in Chartaginen. pensionis 13. Martij 1600. coram Lancellott. & in Brixien. pensionis 21. Maii 1599. coram Pegna, & in ciuitatis Castelli pension. 11. Febr. 1577. coram Cant. vt in decif. 43. nu. primo & 2. par. 2. & in Romana annua praestationis 3. Febr. 1602. coram Pegna.
- Hac clausula postquam commissio est praesentata, & effecta communis impedit quominus possit dari pensionario sententia canonizatoria pensionis nisi ea soluta, vt fuit dictum in causa Salamantina pens. 29. Nouembr. 1582. coram Bubalo.
- 18 Hac clausula datur etiam translatorio, qui nunquam exegit si transferens fuit in quasi possess. Sarnē. in compen. sign. n. 85. Ant. Aug. de transl. nu. 3. & de clausula sine retardat. n. 3. & fuit dictum in causa Bononienf. pens. 17. Maii 1593. coram Mellino, & in causa Lauden. pens. 29. Martij 1529. coram Pegna, & vide in causa Taurinenf. pensionis 18. Martij 1602. coram Lancellott. & in Carpenteraten. pens. 19. Maii 1602. coram eodem, & si ad sit clausula arbitrio Rotae non suspenditur solutio si adsunt literae vide in causa Taurien. supra citata.
- Hoc tamen intelligitur iustificata translatione, ac etiam reservatione antiquae etiam quod ad sit clausula arbitrio Rotae, vt fuit dictum in dicta Lauden. pensionis coram Pegna.
- Quid si translatio fuit facta in plures personas vi-

- de in causa Brixien. pens. coram Pegna.
- 20 Hac clausula posita in commissione appellationis praeservat iurisdictionem iudicis a quo vt in futurum possit cogere titularem ad solutionem vt in simili de clausula sine praedicio tradit Lancellott. de attent. post inhibit. cap. 20. limit. 13. Rota decifio. 641. n. 10. 11. p. 1. diuersorum Graff. decif. 3. in fine de iudicijs ita fuit dictum in causa Tarraconen. Villae de recess. 8. Febr. 1593. coram Seraphino, & in terminis pens. in caus. Spoletana responsionis 15. Iul. 1596. coram Corduba. limita nisi ill. esset licitum Gig. de pens. qu. 69. n. 4. Lancellott. de attent. post inhibit. ampliat. r. n. 18. in contrarium Lancell. vbi supra limit. 13.
- 21 Hac clausula posita in commissione Nuncij non obstat, si Nuncius postea causam ad se auocauit, vt fuit resolutum in causa Oxomen. pensionis 28. Iunij 1595. coram Pamphilio.
- 22 Hac clausula solet poni in honorem Apostol. litterarum Staphil. de lit. iusti. §. in primis. n. 84. Gig. de pen. quast. 35. in fine, & quast. 62. n. 12. & fuit dictum in causa Romana pens. 12. Iulij 1599. coram Pamphilio, & Cusentina pens. 6. Nouembris 1596. coram Cordub. & vide in Brixienf. pensionis coram Pegna, & in causa Lucerina pens. 22. Maij 1602. coram Pegna; Sarnen. in comp. signat. n. 86. Gig. quast. 85. in princip. Veltius in praxi lib. 3. cap. vlt. n. 1.
- 23 Item ad obuiandum fraudibus, & malitijs soluere recusantium Stafil. dicto §. in primis num. 84. Gig. d. q. 35. q. 62. num. 12. & seq. & q. 75. in principio, & fuit dictum in Brixien. pensionis coram Pegna; Sarnen. vbi supra Veltius loco citato, & in d. Lucerina pensionis coram Pegna.
- Item in commissione inualiditatis pensionis ne interim pensionarius pensione spoliatur Gambara de leg. tit. de pensio. n. 765. & fuit dictum in dicta Brixienf.
- 24 Hac clausula posita in commissione principalis afficit etiam tertium venientem ad causam pro suo interesse Verall. decif. r. lib. 1. in manuscriptis, & fuit dictum in causa Compostellana parochialis, 16. Decembr. 1596. coram Orano.
- 25 Hac clausula non datur quando pensionarius stetit per longum tempus quod non petijt pensionem Sarnen. vbi supra vers. praeterea Gig. de pens. q. 85. n. 3. & vide in d. Brixienf. pension. 21. Maij 1599. coram Pegna.
- Dic verum quando pensionarius potest agere, & negligit, secus verò si non potest agere, quia non data negligentia non censetur amisisse animum exigendis vt fuit dictum in d. Brixien. pens. 15. Martij, & 21. Maij 1599. coram Pegna, vbi de eo, qui translulerat pensionem sub conditione, & constante inualiditate translationis licet diu non petierit nihilominus datur clausula sine retardatione solutionis pensionis.
- 26 Item non datur quando pensio est imposita super pluribus beneficijs, quae postea deuerunt ad manus diuersarum personarum Ant. Aug. de solut. pens. n. 2. Sarnen. vbi supra n. 87. vers. est & alius casus Gigas de pens. q. 85. n. 5. & fuit resolutum in causa Segobricen. pensionis 19. Aprilis 1602. coram Seraphino.

RESOLVT. CXV.

- 1 Clausula dummodo remaneant centum pro Rectore debet verè probari.
- 2 Quando est apposta in concordia, quis teneatur illam probare.
- 3 Cur apponatur dicta Clausula.
- 4 Clausula dummodo medietatem fructuum &c. quando apponatur.
- 5 Pensiones quomodo imponantur super distributionibus.
- 6 Clausula etiam si in solis distributionibus quid operetur. Clau-

Clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, quid operetur.

Hæc clausula operatur ut probatio debeat esse, concludens, nec sufficiat probatio per famam ad decif. Mohed. 148. alias 3. de testibus in fine, ut fuit resolutum in causa Clusina pensionis 9. Decemb. 1578. coram Lancel. ut in dec. 258. lib. 1. quotid. & in Oppiden. pensionis 3. Junij 1585. coram Pamphil. ut fuit dictum in causa Cusentina pensionis 27. Maij 1596. coram Litta, & facit decif. 60. de concess. præbend. in antiquis, & vide in causa interamnen. pension. 23. Junij 1602. coram Corduba.

Si sit apposta in concordia quis teneatur probare vide in causa Suanen. Parochialis 17. Nouemb. 1595. coram Orano.

Ex dispositione Concilii Tridentini sess. 24. cap. 13. de reformat. habetur, quod si Parochialis Ecclesia, non reddat centum ducatos nulla pensio imponi possit, quia non debet ita grauari, ut Parochus viuere non possit, aut iura Episcopalia soluere nequeat cap. vacante cap. cum causam. & cap. de Monachis de præbendis, & tunc si fieret resignatio ipsi resignanti solet referuari pensio super alio beneficio, vel resignarii, vel Tertii, sed super beneficio Tertij non ita de facili conceditur ob fraudes, quæ solent fieri, cum autem parochialis valeat ultra centum, pensio potest imponi super illo pluri, olim imponebatur pensio vsque ad tertiam partem redditum in omnibus beneficijs, & talis pensio iudicabitur valida Caccialup. in tract. de pensionibus, quæst. 7. Gigas in eodem tractatu, qu. 9. & propterea apponebatur clausula dummodo Tertiam partem fructuum non excedat, ut scribit Rebus. in praxi benefical. tit. de reservation. general. &c. numero 19. & num. 31. sed hodie imponi non potest, nisi centum remaneant liberi pro rectore paroco, & ita hæc clausula introducta est, & probatio debet esse concludens, ut probatum est, & quomodo probetur valor beneficij, quæ deducantur, vide in digest. nouiss. tom. 6. in verbo valor, ubi ad hoc in pluribus capitulis habes compilatam totam materiam ex omnibus decisionibus mundi.

Si resignetur Beneficium simplex solet concedi pensio resignanti quæ non excedit medietatem fructuum, vel quæ non excedat tertiam partem, & in Bullis resignationum alterutra ex istis clausulis apponi consuevit, ut probat Paul. Roman. in tractatu de pensionibus, cap. 1. num. 6. sed hodie curia Romana obseruat regulariter apponere vsque ad medietatem fallit, ubi beneficium non excederet vigintiquatuor ducatos, tunc enim pensio imponi non potest, ut tradit Mandos. in signatura Gratia in tit. pensionis, col. 4. vers. super Parochiali; item super Canonicatu, aut alia dignitate in Cathedrali non conceditur pensio, nisi redditus sint ultra centum, & pro quantitate, quæ excedit dictam summam.

Super Cathedrali autem, vel Metropolitana imponitur pensio super illius mensæ fructibus si illorum valor excedat ducatos mille ex dispositione Concilij Tridentini sess. 24. cap. 13. de reformatione, §. ad hæc alias requireretur derogatio specialis. Put. decif. 494. par. 2.

Declarantur huiusmodi conclusiones primo quoad pensionem super Canonicatu; nam aliquando dicitur præbendam valere triginta distributiones aut quotidianas centum, & tunc exceditur pensio in triginta, aut quinquaginta, & distributiones quotidianæ computantur, sed clausula addi solet etiam si in solis distributionibus quotidianis, & non nisi præsentibus, & interessentibus diuinis officiis dari, & per eos lucrari solitis, & consuetis, ut scribit Menoch. in signatura Gratia in d. tit. pension. col. 8. Item hæc clausula

etiam si in solis distributionibus, &c. in c. includit etiã distributiones, quæ dantur interessentibus horis Canonici, ut latè probat Mandos. in d. tit. pens. col. 9. & propterea fructus Canonicatus Toletani exprimuntur in vigintiquatuor ducatis, & imponitur pensio ducatorum quingentorum, ut scribit Aragon. dec. 38.

Cum super præpositura imponeretur pensio ducatorum centum super redditibus, & prouentibus iuribus, & obuentionibus vniuersis dictæ præposituræ cum clausula dummodo medietatem fructuum ideo fuit dubitatum in Rota, an hæc pensio esset nulla, vel reducibilis tanquam non censetur imposita, nisi super fructibus ordinarijs, & die 3. Ianuarii 1595. in Augustana præpositura coram Oradino fuit conclusum pro validitate pensionis est decif. 294. in lib. diuersorum manuscript. & hoc propter illa verba iuribus, & obuentionibus vniuersis, de quorum natura est comprehendere omnes redditus cuiuscunque qualitatis.

Cum autem apponitur hæc clausula, cuius medietatem fructuum, ut asseris non excedit, ipse pensionarius debet probare non excessum in aliis, tum quia ipsa narratiua probanda est ab eo, qui se fundat in ea, tum propter clausulam ut asseris, quæ differt à clausula ut asseritur, vide Rotam in decif. 412. par. 1. in nouissimis, & si supplicatio diceret etiam si medietatem excederet signatura cancellat, & apponit clausulam, dummodo medietatem non excedat, & de hac practica vide Mandos. in signatura gratia in d. titulo pensionis, col. 7. vers. clausula dicta.

Declarantur secundò quoad pensiones super Cathedralibus, quoniam non nisi ex magna causa imponi debent, ut fuit dispositum in Concilio Lateranensi sub Leone X. & ideo Papa quando imponit pensiones super Episcopatibus vacantibus per obitum solet derogare Concilio Lateranensi, & specifica derogatio requiritur, nisi ultra clausulam generalem non obstantibus appareret de certa scientia Papæ, ut fuit conclusum in Maioricens. Parochial. 3. Octob. 1546. coram S. Crucio Put. decif. 494. par. 2.

RESOLVTIO CXVI.

- 1 Clausula ut asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare.
- 2 Impetrans narras alternatiue sufficit verificari alterutrum.
- 3 Clausula ut asseris quomodo differat à clausula, ut asseritur.

Clausula ut asseris quid operetur.

Hæc clausula ut asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare asserta, secus in clausula ut asseritur Rota, decif. 60. & 77. de rescriptis in antiquis Dec. in cap. iurauit, n. 1. de prob. Cassad. decif. 4. n. 1. eod. tit. & decif. 7. de iure patronat. Rota decif. 345. n. 2. p. 1. diu. & fuit resolutum in causa Salamantina pensionis 23. Ian. 1574. coram Grassio, ut decif. 48. alias 2. n. 3. & 4. de probat. Card. conf. 69. num. 6. Gigas, conf. 48. num. 40.

Adde tamen, quod si impetrans loquatur alternatiue, ut puta ut asseris de iure patronatus Laicorum, & Clericorum, sufficit quod alterum sit verum, ut non teneatur aliud iustificare. Cassad. decif. 4. num. 10. de prob. & decif. 7. n. 9. de iure patronat.

Adde etiam, quod clausula ut asseris differt à clausula, ut asseritur Rota, decif. 60. de rescriptis in antiquis, & decif. 412. num. 2. par. 1. in nou.

RESOLVTIO CXVII.

- 1 Clausula si ita est, facit gratiam conditionalem.
- 2 Requirit causæ cognitionem.

3 Quando

- 3 Quando est gratia in forma commissoria semper apponitur ab expeditoribus.
- 4 Clausula si constiterit importat conditionem, & quando fallit.
- 5 Quando importet conditionem extraiudicalem.

Clausula si ita est quid operetur.

Hæc clausula reddit gratiam conditionalem cap. 2. iuncta glos. verbo conditio de rescriptis, & fuit dictum in causa Portug. dismembrationis 16. Iunii 1595. coram Blanchetto, & vide in eandem 28. Iunii 1600. & 13. Iunii 1601. coram Iusto.

Et ideo requirit causæ cognitionem, & partis citationem Rota decif. 12. de off. deleg. in nou. & fuit dictum in dicta Portug. dismembrationis coram Blanchetto, & in ead. coram Iusto Achil. decif. 2. de fil. presbyter & vide in Mediolan. matrimonij 11. Februarii 1602. coram Mellino.

Contrarium quod hæc clausula, ex quo tacite inest c. 2. de rescript. non reddat gratiam conditionalem iuxta. tex. in l. conditiones extrinsecus ff. de condit. & demonst. & ideo non requirat partis citationem nec causæ cognitionem tenet Lap. alleg. 60. n. 2. vbi Mandos. in verbo conditionale Doct. in cap. fin. vbi Felyn. n. 18. de præsumpt. Egid. dec. 4. vers. cuius occasione, vbi quod hæc clausula apposta in rescripto non inducit nouam formam, nec consequenter partis vocationem coram exequutore Cardin. in clement. 1. n. 17. de off. deleg. & fuit dictum in Calciaten. iurisdictionis 13. April. 1587. coram Seraph. vbi quod prædictæ literæ expediuntur in forma gratiosa sine alio examine quando supplicatio est concepta cum illa clausula.

Hæc clausula semper apponitur ab expeditoribus, quando gratia est in forma commissoria, vt fuit dictum in causa Portugall. dismembrationis coram Iusto 13. Iunii 1601. & Calagur. Canonicatus.

Adde quod secus est in clausula si constiterit quæ importat conditionem, & facit commissionem conditionalem Dec. in consil. 198. col. final. cum aliis per Caualecan. in decif. 22. n. 6. par. 1. Rota decif. 21. de rescript. in antiq. & decif. 15. de dolo & cont. eod. & ideo vt constet, & iudici intelligatur data iurdictio requiritur, vt præcedat iudicialis cognitio Lap. alleg. 61. & allegatione 65. Oldradus in consil. 218. alias processus esset nullus Felyn. in cap. fin. n. 5. de præsumptionibus, & in cap. si constiterit col. 2. de accusationibus, aliquando non importat indaginem iudicalem, sed cognitionem extra iudicalem, vt in casu dictæ decif. 22. Caualecan. in par. 1. & tunc habetur pro non apposta, & iudex remanet merus exequutor. Abb. in c. fin. col. 7. de præsumptionibus, & ibi Imola n. 9. item non importat indaginem iudicalem si ex mente Patris aliter appareret videlicet quomodo præces verificandæ essent, nam iudex tunc ita faciens, exequutio firma, atque valida erit adnotata per Felyn. in d. cap. de præsumptionibus Paris. in consil. 67. n. 5. & sequent. vol. 2. nimirum si superaddidisset, & super his conscientiam vestram oneramus Lapsus in allegat. 15. in fine, & allegat. 60. n. 4. plura scripsi super hoc supra in clausula confito, alia etiam plurima scripsit Canale. in dicta decif. 22. n. 9. & seq. parte 1.

RESOLVTIO CXVIII.

- 1 Clausula sine præiudicio literarum Apostolicarum præseruat facultatem exequutoribus ipsarum.
- 2 Non impedit quo minus iudex possit procedere etiam non facta exequutione.
- 3 Non impedit quo minus facta exequutione possit dici de nullitate.
- 4 Exequutio donec fiat quando non possit dari mandatum

de manutenendo.

- 5 Exequutio iudicis ad quem per quam clausulam non transferatur.
- 6 Clausula sine præiudicio literarum intelligitur de literis ante emanatis.
- 7 Et impedit vt non possit procedi in negotio principali.
- 8 Posita in commissione appellationis operatur, vt sustineatur exequutio facta lite pendente.

Clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum quid operetur.

Hæc clausula solum præseruat facultatem exequutoribus literarum Apostolicarum procedendi ad exequutionem non obstante iudicio ordinario Put. decif. 79. lib. 1. & fuit dictum in causa Hispal. & Caurien. permutationis coram Gypso, & in Oueten. beneficij coram Lancellot. & in Oritana Parochialis coram Peregrino, vt supra.

Et ideo non impedit quo minus iudex possit procedere etiam non facta exequutione, dummodo illam non impediatur, vt fuit dictum in dictis Oueten. coram Lancelloto, & Oritana coram Peregrino.

Item non impedit quo minus facta exequutione, possit dici de nullitate exequutionis, & possit manuteneri, si non habuerit se pro spoliato, vel restitui, si habuerit se pro spoliato, quia facta exequutione est consumptus effectus dictæ clausulæ, & iudex functus est officio suo Put. decif. 419. lib. 2. & fuit resolutum in causa Oueten. beneficij coram Lancellotto, & Oritana Parochialis coram Peregrino, & in Regien. beneficij 13. Ianuar. 1597. coram Litta.

Secus tamen ante factam exequutionem, nam donec sit exequutio propter hanc clausulam non potest dari mandatum de manutenendo, ne oriatur contrarietas si exequutor eijceret, & iudex cui est commissio causa manuteneret, vt fuit dictum in causa Tullen. congruæ portionis 9. Decembris 1597. coram Corduba, & in causa Regien. Monasterij 13. Ianuar. 1597. coram Litta, & vide in causa Hispalen. & Caurien. coram Gypso, & in ead. 4. Decembris 1595. coram eod. & in Oritana Parochialis coram Peregrino.

Dic verum quando mandatum de manutenendo daretur simpliciter, secus si cum clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum, prout cum ista clausula fuit dictum in causa Oritana Parochialis coram Peregrino.

Et adde quod clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum quatenus illi locus sit in commissione apposta cum facultate manutendi non transfert exequutionem ad iudicem ad quem, ita vt possit videre an sit locus exequutioni, sed solum operatur, vt possit videre an sit dandum mandatum de manutenendo cum dicta clausula, vt in dicta Oritana Parochialis coram Peregrino.

Hæc clausula posita in commissione intelligitur de literis antea emanatis, non autem de gratia postea concessa non facta mentione litis ad tradit. per Lancellot. de attentat. lit. pend. num. 413. & 423. Paleot. decif. 116. Ioann. Michael. ita fuit dictum in causa Vallisolerana Scholasticæ 5. Iulij 1599. coram Lancellot.

Hæc clausula in commissione causæ principalis apposta operatur, quod non possit procedi in negotio principali, nisi parito literis, sicut dicitur de clausula sine retardatione solutionis pensionis Sarnen. in compendio sign. n. 84. Put. decif. 19. de pens. Io. Paul. decif. 61. cui æquipollent, ita fuit resolutum in causa Syracusana præminentiarum 5. Octobris 1584. coram Bualo, & fuit dictum in Auellina Archipresbyt. 6. Aprilis 1588. coram Seraphino.

8 Hæc

8 Hæc clausula posita in commissione appellationis operatur, quod sustineatur executio facta appellatione pendente, vt fuit dictum in causa Foroliuensis beneficiorum 13. Iunii 1588. coram Seraphino.

PRAXIS CLERICORVM CONIUGATORVM.

RESOLVT. CXIX.

- 1 Clerici coniugati non sunt de iurisdictione laicorum etiā si de debito agatur.
- 2 Lapi consilium contrarium sentientis quod possint à iudice laico iudicari ciuilitèr.
- 3 Opinio magis communis ad quem spectet coniugatorum iudicium.
- 4 Pragmatica in Regno iuxta supradictam opinionem.
- 5 Quod supradicta opinio sit vera probatur.
- 6 Concilium Parisiense in quo determinatum fuit nullo à laico debere iudicari.
- 7 Generalis prohibitio ne clerici siue ciuilitèr, siue criminaliter à laico iudice cognoscantur.
- 8 Pontifex declarat tantum Concilium Parisiense.
- 9 Et disposit. c.2. clerici coniugati etiam ciuilitèr à laico iudice non possunt cognosci.
- 10 Prohibitus cognosci in criminalibus dicitur prohibitus siue agatur ciuilitèr, siue criminaliter.
- 11 Quando pena venit applicanda fisco semper criminaliter agi dicitur.
- 12 In legibus nihil debet esse inutile, vel superfluum.
- 13 Constitutio noua est interpretanda vt minus quam possit corrigat.
- 14 Pontifex vitur aduerbio Nullatenus ad propositum reuocantis opinionis.
- 15 Ioannis Andreæ falsa opinio.
- 16 Dispositio Concilij Parisiensis comprehendit etiam clericos coniugatos.
- 17 Index licet possit de causa ciuili coniugatorum cognoscere illos in carcerem detrudi non potest.
- 18 Constitutio Bonifacij octauj.
- 19 Pontifex relaxans in casu ciuili coniugatos censetur relaxare quoad personalem distractionem.
- 20 Neque grauitas neque numerus doctorum sed difficultatis resolutiones etiam vnius doctoris faciunt opinionem communem.
- 21 Vnius doctoris melius, & rationabilius scribentis opinionem inhaerere debemus.
- 22 Illi doctores dicuntur facere communem opinionem, qui discussio articulo in casu de quo queritur consilia ediderunt.

An clericus coniugatus in ciuilibus gaudeat priuilegio fori.

- 1 Quid clericus coniugatus nullatenus sint de iurisdictione laicorum etiam si ciuilitèr de debito agatur scripsit Archid. in cap.1. de cler. coniug. in 6. vbi etiam Fran. col.3. quibus accedat Lapi allegat.
- 2 41. vbi consuluit pro ipso debito non condemnari à iudice seculari etiam dato quod ante clericatum fuisset ab eodem iudice conuentus sequuntur etiam Speculator in tit. de compet. iudic. §.1. n.24. Cardin. in c. ex parte quat. 3. vbi Io. And. n.3. extra de cleric. coniug. Rot. in decis. 202. incipit si clericus in fin. in nouis Anchar. in c. vnico n.4. Fulgos. in consilio 124. incip. presuppositis statutis col.1. vers. circa primum Alex. in cons. 8. incip. videretur col. fin. vers. ex his infertur vol.1. in cons. 149. in causa inquisitionis per totum vol.6. Marian. Senior in consil. 12. col.4. vers. circa quartam vol.1. aliquos ex his, & plures nouissime vidi allegatos per Hyeron. Ceuallos Practicarum questionum quat. 593. vers. sed contrarium vbi citantur

3 plures de communi, & magis communi opinione Diaz rubr.1. §.5. vers. 10. Rot. Rom. in decis. 202. in nouis Borell. in additione ad Bellugam in Speculo principium rub.11. §. videamus in verbo coniugati Mandos. in adit. ad Lapum in allegat. 40. & in allegat. 118. Veron. cons. crim. 10. latè Burgos in cons. 22. per totum cum multis alijs, quos possem hic adducere, & pratermittere decreui, ex quo hodie in isto Regno Neap. iuxta supradictam opinionem fuit sancitū per pragmat. nuper de clericis, seu diaconis saluaticis.

4 Et quod hæc sit vera opinio probatur per tex. in d. c.1. de clericis coniug. lib.6. & in versic. & cum iuxta Parisiense Concilium nullus clericus distringi, aut condemnari debeat à iudice seculari præfenti declaramus edictos &c. sed disposita in dicto concilio habentur in c.2. de foro competenti, vbi generaliter est facta prohibitio ne clerici coram laico iudice conueniantur, siue ciuilitèr, siue criminaliter agatur in d. c.1. Pontifex vitur declaramus ergo nihil noui voluit inducere aduersus dispositionem Parisiensis Concilij, nisi solum declarationem faceret itaque restat ipsos clericos coniugatos ex dispositione d. cap.2. non posse ciuilitèr etiam coram iudice laico conueniri probatur etiam quoniam dum declaratur habito respectu ad d. c.2. sumus certi, quod sub illius dispositione comprehendantur, & qui dicit limitari illorum generalem dispositionem expressè debet limitationem allegare vt dixi in casu præcedenti in art.2. præsertim in re tam maximi præiudicij, vbi excommunicacionem iudex incurrit, & quando res non esset ita clara, in dubio iudex debet credere se excommunicatum, atque absolutionem petere, vt dixi alibi quando egi de absolutione, & licet hoc negotium sit clarum pro iurisdictione Ecclesiæ; tamen quando esset dubium, adhuc pro Ecclesia iudicandum est.

Item probatur per dictum c.1. in versic. nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere pertonaliter, vel etiam pecuniariter vllatenus condemnari &c. qui versiculus non est trahendus ad versiculum præcedentem, in quo prohibuerat posse trahi ad iudicium secularium in causa criminali etiam ciuilitèr morā, aliter hic versicul. à nobis sic allegatus esset superfluous

10 probatur, quia prohibitus cognosci in criminalibus dicitur prohibitus, siue agatur criminaliter siue ciuilitèr, & dummodo pena veniat applicanda fisco semper criminaliter agi dicitur, ne igitur sit superfluous intelligendus est hic versiculus vt comprehendat tertium casum scilicet quod pecuniariter agendum est contra clericos coniugatos, & tunc agi non possit coram iudice laico, in legibus enim nihil debet inutile esse, ac superfluum, vel sine mysterio operandi §. quibus in prima constit. Codic. c. si Romanorum distinct. 19. glo. in princip. ff. quod metus causa Bartol. in l. transigere in 1. opposit. C. de transact. item semper

13 per constitutio noua est interpretanda, vt minus quam possit corrigat ius commune cum dilectus de consuet. Alexand. in l. inter cetera nu.7. ff. de liberis, & posthumis, & in l.35. præter col.3. de damno infecto Gozzadin. in consil. 19. n.6. Paris. in consil. 46. nu. 68. volum.1. & consil. 95. nu.38. eodem volum. Curt. in consil. 155. colum.1. & hanc esse communem opinionem probat Ias. in l. omnes populi. ff. de inst. & iur. vt igitur hic vers. nec etiam pecuniariter aliquid operetur, opus est dicere, quod differat à versiculo præcedenti in versic. vel ciuilitèr item vt minus corrigatur ius commune, quia aliter dicendo corrigeretur Consilium Parisiense in hoc, vt clerici coniugati possint coram iudice seculari conueniri.

14 Item probatur per Aduerbium nullatenus, quo Pontifex vitur in dict. capit. cuius natura est in totum negare, & vniuersaliter à iurisdictione excludere Decius in c. super literis num.13. de rescript. & in c. eam